P.x.3.

BB.II.1.



EX BIBLIOTHECA ILL.mi ET R.mi D. D.
ALOISII LAMBRUSCHINI ARCHIEP. JAN.
S.a N.o Vol.

Digitized by Google

LEXICON GRAECO-LATINVM.

SEV

Theſaurus Linguæ Græcæ, poſt eos

omnes qui in hoc commentandi genere hactenus excelluerunt, ex ipſius demum G. BVDAEI manu ſcripto Lexico, magna cum dictionum tum elocutionum acceſſione auctus, & plurimis in locis reſtitutus.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

SACRA



ANCHORA.

APVD IOANNEM CRISPINVM, ET NICOLAVM, BARBIRIVM.

ANNO,

M. D. LIIII.

Deletis delendis concedit f. Paulus constabilis sacri palatij magr 1577

Collegij Rom. S. Pauli in columna. 1608. munere Prosperi Podiani

Digitized by Google

Digitized by Google

Claudius Baduellus Nemauſenſis

STVDIOSO LECTORI S.

QVANTA ſit orationis vis in omni nationis ſermoniſque genere, cùm ex multis cognoſci rebus poteſt, tum verò ex ea facultate, quæ ad loquendũ cõmunicandũmque ſoli homini data & tributa, ſummã eius dignitatẽ præſtantiámque naturæ, à brutis ac mutis animãtibus ſeiunctæ oſtẽdit. Neque enim aliud eſt animal, in quo oratio cum mente rationéque coniuncta reperiatur. Sed cùm maxima ſermonis opportunitas cõmoditáſque in omni lingua perſpiciatur: ſumma tamen eius & vtilitas & elegantia, in Latina, Græca, Hebrææque cernitur, imprimíſque cõmẽdatur: quæ tres linguæ ratione literarum & doctrina, accuratius perfectiúſque quàm cæteræ ſunt inſtitutæ atque expolitæ: & eas artes, quibus ſapientia omníſque doctrina liberalis cõtinetur, elegãtiſsimo ſermone illuſtratas, ad vſum fructúmq; hominũ communẽ tradunt. Itaque quàm opportuna & vtilis facultas ſit eruditæ ac politæ orationis, in his tribus linguarum generibus, vel ex hoc vno intelligitur, quòd præſtãtiſsima illa animi atque ingenii virtus, quæ ſapientia appellatur, nunquam ad illuſtrem laudem effloruit, nec vllũ præſtantem vitæ humanæ fructũ attulit, niſi instructa & ornata hac vna lingua orationíſque exultæ facultate: quæ ſemper ei quaſi comes neceſſaria & adminiſtra, interpréſque grauiſsimarum ſententiarum, conſiliorum, cogitationum, adiuncta eſt. Omitto hîc eam ſapientiam, quæ ſtudiis humanitatis, artiumque ingenuarum continetur. Dicam paucis de cælesti ac diuina, quæ Theologia nominatur, quæ ad homines à Deo è cælo nũquam fuit miſſa, niſi cũ præclaro atque opportuno comitatu apparatúq; earum linguarũ, quibus ſalutarẽ hominibus doctrinam communicare atque impertire poſſet. Duo ſunt tempora Eccleſiæ Chriſtianæ, quibus illuſtre huius rei documentum à Deo datum eſt. Vnum naſcentis poſt Chriſti è mundo diſceſſum: in quo hæc coniunctio diuinæ ſapientiæ cum oratione cognitionéque linguarum mirabiliter eluxit: cùm Apoſtoli ac diſcipuli, homines illiterati, diuino quodã Spiritus munere illuminati, literarum linguarúmque intelligentiam ſubitò adepti ſunt. Alterum tempus memoriã habet recentem Eccleſiæ noſtra ætate renatæ ac reſtitutæ. Nam Deus cùm omnia, tum diuina, tum humana, denſiſsimis inſcitiæ barbariæque tenebris oppreſſa eſſet, atque ita defœdata, vt nulla neque religionis ſanctitas, neq; orationis cuiuſcunque doctrinæque elegantia appareret: Solẽ illum ſuæ iuſtitiæ ac ſapiẽtiæ ſalutarẽ, ad nos nec ſperantes nec cogitantes ita immiſit, vt ſimul cum eo præſtantiſſima linguarum & doctrinarũ dona ornamẽtáque, quaſi quædã præclara lumina coniunxerit. In quo quidẽ hominũ ſtudia ingeniáque ad elegantiam doctrinarũ percipiendã ita ſunt excitata atque illuſtrata, vt eadẽ diuina vis, quæ in linguis Apoſtolorũ admirabilis apparuit, alio quodã modo eluxerit. Qua in re, vaticinium prophetæ Iſaiæ de Chriſto redemptore, Eccleſiæque reſtitutione, noſtra in ætate cauſáque fuit comprobatũ: in quo Deus cæcis oculos, ſurdis aures, mutis linguam, orationémque diſertam reſtituturum ſe promiſit. Quæ enim, obſecro, ante illam lucem redditã noſtra fuit conditio? Quæ & quanta tum mentis tum orationis occæcatio? quanta rerum omnium bonarũ atque honeſtarum, imprimíſque diuinarum ignoratio, corruptio, defœdatio? Quæ incommoda, vel potius ſumma mala, ſi parum in memoriam reuocemus, tum melius quàm latè pateat hoc beneficium intelligemus: omnique diligentia, ſtudio, beneuolentia, hoc tantum & tam præclarum linguarum donum cuſtodiemus. Sed hanc orationis linguarúmque commendationẽ non proſequar longius: tantum illud dico, Maximũ Eccleſiæ, religionis, ſapientiæque diuinæ & adiumentum & ornamentum ea in facultate conſtituendum eſſe, quæ ſemper cum Eccleſiæ redemptione religioníſque reſtitutione, recuperata fuit ac reſtituta. Quare, quum Deus de tribus iſtis orationis li-

Digitized by Google

teratæ elegãtiſque generibus ita iudicarit, vt ea cum ſalute dignitatéque Eccleſiæ coniunxerit: nos grauiter mouit quid ſentire de iis debeamus, qui ad retinendam excolendámque literarum doctrinam atq; elegantiã omne ſuum ingenium ſtudiúmque cõferunt. Cùm autem prima & præcipua vis omnis, tum Latinæ, tum Græcæ, tũ Hebraicæ orationis ſit in obſeruatione atq; electione verborũ, nominúmque ſingulorum, cæterarúmq; vocum ſimplicium, quibus oratio cõponitur: nec delectus eorum vllus cõmodè haberi poßit, niſi notata diligẽter, atq; vnum in locũ cõportata fuerint: eorum ego operam prædarã vtilémq; iudicaui, qui in his tribus linguarũ generibus Dictionaria compoſuerunt, atq; omnia vocabula quæ in lectione optimorum auctorũ obſeruaßent, vnum in librum congeßerunt: eóque ordine ac ratione digeßerunt, vt quum ad vſum quærerentur, ex huiuſmodi libro, quaſi ex quodam copioſo orationis theſauro, omnia depromi poßint. Eſt autem hæc verborum ac nominum collectio, explicatio ac deſcriptio, maxima & vtilißima pars grammaticæ, cùm eruditis hominibus non infructuoſa, tum verò maximè accommodata ad ſubleuandum ſtudium eorum, qui in literis ac diſciplinis eos nondum progreßus habent, vt hac aliorum obſeruatione ac notatione facilè carere poßint. Quo in genere cùm multi noſtra ætate cum maxima & induſtriæ laude, & communi ſtudiorum vtilitate ſint verſati: ex omnibus tamẽ Guilielmus Budæus, in vtraque literatura, tum Græca, tũ Latina ita elaborauit, vt ſine vlla controuerſia & optimè de Rep. meritus, & ſummam ingenii, doctrinæ, ſtudiíque gloriam cõſecutus exiſtimetur. Studium quidem Græcarum literarum eo animo eſt amplexus, eáque diligentia, labore, operáque perſequutus, vt in hac linguæ cognitione, totiúſque dictionis Græcæ obſeruatione atq; interpretatione cæteris omnibus anteponendus videatur. Neq; verò laus eius viri, doctißimíq; hominis, eſt aut ita dubia, vt cuiuſquam teſtimonio, aut obſcura, vt orationis ornamẽto indigeat. Extant prædara eius ſcripta opera, multiplici atque vtili eruditione referta, quæ faciunt vt laus illius in fidelißima & gratißima cuſtodia memoriáque, tum optimorum ſtudiorum, tum omnium ſtudioſorum poſita ac conſeruata, ad omnem poſteritatem effloreſcat. Sed cùm Ioannes Criſpinus hoc Lexicon non ſolùm commodißimè impreſſum, ſed etiam copioſè auctum locupletatúmque emittere vellet, quod maxima ex parte floruiſſet ex quibuſdam Budæi cõmẽtariis, quos ille ad ſuum proprium vſum ſtudiúmque conſecrarat: exiſtimaui nihil alienum me à meo officio facturũ, qui ſummis illius laboribus in literis tum Græcis, tũ Latinis adiutus eſſem, ſi in hoc tẽpore ac opere aliquam grati memoríſque animi teſtificationem adhiberem, ac demonſtrarem eius viri memoriam, omnibus qui ingrati eſſe nolunt, cum beneuolentia & charitate vſurpandam & colendam: ex cuius intimis ac domeſticis ſtudiis & literis hæc etiam deprompta, ad communem ſtudiorum literarúmque vtilitatem proferrẽtur. Habuit Budæus ὑπομνηματικὸν, id eſt, Commentarium ad priuatum ſtudii ſui vſum inſtitutum, in quem, vt Ariſtoteles in rerum cognitione facere ſolebat, ita ipſe in obſeruatione tractationéque verborum ac nominum, quæcunque in probatis auctoribus legerat & annotarat, collecta diligenter referebat. Neque verò vocabula ſolùm ſingula in huiuſmodi librum conferebat: ſed etiam formas ſententiarum, quas Græci phraſes appellant, quæ ex ſimplicibus verbis ac nominibus compoſitæ, quandam orationis ſententiam efficiũt. Hac autem cuſtodia memoriáque verborum ac dictionum ita ille priuatim vtebatur, vt cum proprio ſtudio cõmunem vtilitatem coniungeret, atque vt hominibus vtriuſque orationis ſtudioſis conſuleret. Intellexi enim ex liberis illius, eum ſi vita longior contigißet, ex illis ipſis commentariis huiuſmodi, Græcæ linguæ Dictionarium editurum fuiſſe, in quo hæc quidẽ quæ nunc offeruntur & plura alia, ſed elegantius compoſita ac diſtributa, & copioſius explicata haberemus. Sed mors non tam ei, qui vita naturæ ſatisfecerat, quàm literis, quibus in ſumma ſenectute inſeruire cupiebat, immatura, hunc perfectum ſtudiorum ac laborum eius fructum nobis præripuit. Iacobus Tuſanus, qui ſe in profeßione optimarum literarum Budæi diſcipulum ſemper ac liben-

ter

AD LECTOREM.

ter profeſſus eſt, illiuſque ſtudia in vtraque lingua laudabilia, omni honeſtiſsima æmulatione atque imitatione proſequutus, cùm ex eadem magiſtri obſeruatione ac collectione Lexicon *inſtitueret, morte ereptus, opus informatum imperfectúmque reliquit. Quo mortuo, quidā eius diſcipuli,* Dictionarium *præceptoris ſui* Lutetiæ *imprimēdum curauerunt, non ea copia dictionum formarúmque auctum & cumulatum, quam tres* Budæi Commentarij, *ab filio* Ioāne Budæo *humaniſsimo doctiſsimóque homine nobis benignè communicati præbuerunt. Quanta autem facta fuerit acceſsio omnium propè eorum quæ ad dictionem* Græcam *vel cognoſcendam, vel componendam tractandámque pertinent, & quanta fide ac diligentia adhibita, tuipſe, optime* Lector, *hoc* Dictionarium *legens facilè intelliges atque cognoſces.* Ego Deum *optimum, maximum oro, vt qui optimorum ſtudiorum, artium, linguarúmque auctor eſt, idem quoq; moderator, amplificator & conſeruator eſſe velit: ita vt hæc tanta humano generi tributa munera, & ad pium nominis ipſius cultum, & ad opportunum* Eccleſiæ *vſum, atque fructum conferantur.* Tu *pro tua humanitate,* Lector, *hæc eo animo accipies, quo elaborata tibi offerūtur, eaque pro tempore ad rationes tuas ita accommodabis vt in poſterum meliora perfectioráque ab iis expectes, qui hoc opus ab aliis inſtitutum, ad ſtudiorum tuorum progreſſum augere ac locupletare voluerūt.* Spero Deū *eam nobis daturū eſſe facultatem, vt hæ copiæ orationis* Græcæ, *literarum ordine nunc diſpoſitæ, alia quadam ratione, tum elegantiore tum doctiore accuratius aliquando diſtribuantur.*

Bene vale.

Auctores Græci, ex quorum moni

MENTIS TVM DICTIONES, TVM etiam ipſæ loquendi formulæ, in hoc Lexico petitæ ſunt.

Poetæ.

Homerus
Heſiodus
Orpheus
Muſæus
Pythagoræ aurea carmina
Simonides
Lycophron
Sophocles
AEſchylus
Euripides
Epicarmus
Pindarus
Archilocus
Ariſtophanes
Sappho
Phocylides
Theocritus
Apollonius in Argonauticis
Dionyſ. de Situ orbis
Nicander
Oppianus
Epigrammata Græca
Planudes

Philoſophi, ET *Oratores.*

Plato
Ariſtoteles
Themiſtius
Epictetus
Iamblicus
Philo
Porphyrius
Proclus

Demoſthenes
AEſchines
Iſocrates
Lyſias
Phalaris
Ariſtides
Antiphon
Andocides
Hyperides
Dinarchus
Hermogenes
Aphthonius
Lucianus
Libanius ſophiſta
Iulianus Imperator
Athenæus
Gaza de Seneꝺ.
Budæus in Epiſt.

Medici.

Hippocrates
Theophraſtus
Dioſcorides
Galenus
Paulus Aegineta
AEtius
Oribaſius
Aucto. Hippiat.
Alexander Aphrodiſæus
Alexander Trallianus

Hiſtorici.

Thucydides
Herodotus
Diodorus Siculus
Xenophon
Dion
Dionyſius Halicarnaſſeus
Arrianus
Philoſtratus
Pauſanias
Polybius
AEſopus
Appianus
AElianus
Diogenes Laertius
Strabo
Plutarchus
Herodianus

Sacri ſcriptores.

L X X. Interpretes
Nouum Teſtamentum
Canones Conciliorum
Ioſephus
Iuſtinus martyr.
Gregorius Nazanzenus
Baſilius magnus
Gregorius Nyſſænus
Chryſoſtomus
Dionyſius Areopagita
Clemens
Euſebius Cæſarienſis
Theodoretus
Socrates
Sozomenus
Nonnus poeta
Syneſius
Aretha
OEcumenius
Damaſcenus

Iuriſconſulti.

Pandectæ Iuris Græcæ
Theophilus in Inſtitution.
Hermenopulus

Grammatici, & varij generis Auctorum Interpretes, ac Lexicographi.

Iulius Pollux
Ammonius
Heſychius
Varinus Camers
Moſcopulus
Harpocration
Phrynichus.
Ioannes Grammaticus
Thomas Magiſter
Etymologicon
Onomaſticon
Maximus Grammaticus
Theodorus Gaza
Laſcaris
Euſtathius, Homeri Interpres
Didymus
Interpres Heſiodi
Interpres Ariſtophanis
Interpres Sophoclis
Interpres Demoſthenis
Interpres Thucydidis

Digitized by Google

Digitized by Google

LEXICON,

Seu linguæ Græcæ Theſaurus, poſt EOS OMNES, QVI HACTENVS IN EO COMmentandi genere excelluerunt, ex ipſius demum G. Budæi manu ſcripto Lexico magna cum dictionum tum elocutionum acceſſione auctus, & plurimis in locis reſtitutus.

A, per ſe quidē nihil niſi primę literarū nota eſt: vnde & pro principio accipitur, vt in Apocalypſi Ioannis, ἐγώ εἰμι τὸ Α καὶ τὸ Ω, ἀρχὴ καὶ τέλος, Ego ſum Alpha & Ω, principium & finis. Qui primus eſt in re quapiā, prouerbio dicitur Alpha, vt etiam apud Martialē, Alpha penulatorum: quòd A prima ſit in ordine literarum. Cōpoſita verò cum aliis dictionibus, multiplicem ac varium vſum habet. Aliquando enim vim priuandi tenens, ſignificationem omnino immutat, & alienam facit ab ea quam dictio ſimplex habebat: vt κλητὸς eum ſignificat qui ab aliquo eſt vocatus: ἄκλητος autem, à nemine vocatum. Sic ᾅδης, compoſita dictio ex α & ἰδεῖν, i. videre, Plutonē ſignificat, & locum ſub terra profundum & caliginoſum. Ditiſque profundi pallida regna, ait Lucan. Similiter & ἅλυσις, ex α, & λύσις, quod eſt liberatio, ſolutio, ſignificat quaſi catenam arctam & ſolidā, aut vinculum intortum & inextricabile. In quibus duobus nominib⁹, ᾅδης ſcilicet & ἅλυσις, α denſo ſpiritu profertur, quum in cæteris ex eadem litera compoſitis, tenui ferè ſpiritu ſcribatur. Cæterùm α vocalis priuatiuè capta corripitur, niſi metri gratia producatur, vt ἀθάνατος, Gaza lib. 3. Gram. Aliquando α ſignificat idē quod δὺς, i. vix & difficulter: vt ἀδάμας, i. σίδηρος, ὅτι δυσμάλακτος καὶ δυσδάμαστος. ſic dicitur ἄβατος ὁδὸς, ἡ δύσβατος, & ἀπέρατος θάλασσα, ἡ δυσπέρατος. Aliquando dictionis ſignificationem complet, ἐπιτατικῶς, id eſt, intenſiuè ſumptum. Vnde ὕλην ἄξυλον Homerus vocat, quaſi ſyluam nemoroſam: & ἀχανὲς πέλαγος, pelagus immenſum & vaſtum, μέγα πάνυ καὶ ἐπὶ πολὺ κεχυμένον. Sic & ἄβιος apud Antiphontem pro diues, id eſt, πολὺν βίον κεκτημένος, & ἀτενίζειν, attentiſsimè inſpicere. Aliquando minuit, ſignificans τὸ ὀλίγον, vt ἀμαθὴς poeticè pro ὀλιγομαθὴς, ſubdoctus. Aliquando τὸ ὁμοῦ, id eſt, ſimul ſignificat, vt ἀδελφοὶ, vterini fratres, compoſita dictio ex α & δελφὺς, quod vterum ſignificat, quaſi eiuſdem vteri. ſic ἀκόλουθος, pediſſequus, comes: & ἄκοιτις, vxor: ſic etiam ἄλοχος, quaſi ὁμόλοχος, id eſt, μετέχουσα τῆς κοίτης τοῦ ἀνδρός. Aliquādo τὸ κακὸν, vt ἀφυὴς poeticè pro κακοφυὴς, malus, peruerſus, & ἄρρυθμος, hiſtrio indecenter ſe & vitioſè in rhythmis gerens. Aliquando par denotat, ſiue τὸ ἴσον, vt ἀτάλαντος pro ἰσοτάλαντος, æquiparādum ſeu æquale, eiuſdem ponderis. Aliquando ſuperuacaneum eſt, atque id maximè apud Atticos, ſignificationē neque mutans, nec complens, nec minuens: vt ἄσταχυς nihil aliud eſt quā στάχυς, hoc eſt, ſpica: & ἀστεροπὴ, idē quod στεροπὴ, i. fulgur: ita σπαίρω & ἀσπαίρω, eiuſdem ſunt ſignificationis. Hoc etiam ſciendum, quando cum dictionibus vocalem à principio habentibus componitur, ν inter α & vocalem interponi ferè ſolere, euphoniæ gratia: vt ἄνανδρος ἀνέραστος, ἀνώνυμος, ἀνίστωρ, ἀνόλβιος: quædam tamen reiiciunt, vt ἄοικος.

Ἅ denſo ſpiritu & acuto tono ſiue graui, articulus eſt poſtpoſitiuus pluralis numeri, id eſt, quæ. ἃ μὲν, & ἃ δὲ in diuiſione Græcis frequens eſt: vbi ἃ μὲν, alia quidem, aut partim quidē: ἃ δὲ, alia verò, aut partim verò ſignificat. Nonnunquā etiam dicitur hoc modo, τὰ μὲν, ἃ δέ. Plutarch. τὰ μὲν ἀνίησιν, ἃ δ' ἐπιτείνει, i. quædam remittit, quædam intendit: ſiue partim remittit, partim intendit. ἃ etiam cum verbo ἐστὶ ſignificat ἔνια, i. quædam. Gregor. Nazanz. ἔστι δὲ ἐστὶν ἃ καὶ ἄλλα τῶν ἑβραίων, &c. quemadmodum & alia quædam Hebræorum. Thucyd. lib. 1, ἰταλίας δὲ καὶ σικελίας τὸ πλεῖστον πελοποννήσιοι, τῆς τε ἄλλης ἑλλάδος ἐστὶν ἃ χωρία, id eſt, Italiæ verò & Siciliæ plurima Peloponnenſes, reliquæque Græciæ nonnulla oppida cōdiderunt. ἃ δὲ ἐς τῆς ἑορτῆς, id eſt, quatenus ad feſtum attinet. ἃ pro ἴδια, id eſt, ſua & propria, Pronomen poſſeſſiuum. Hom. Odyſſ. ξ, ἐπήν κεν κεῖνος ἰὼν τὰ ἃ δώμαθ' ἵκηται, vbi in ſuas ædes ille venerit. ἃ pro δι' ὧν, per quæ. Thucydid. lib. 4, ἃ τὸν πόλεμον μάλιστ' ἄν τις ἀποτρέψειε, τοὺς φίλους μέγιστ' ἂν ὠφελήσειε. ἀντὶ τοῦ, δι' ὧν ἄν τις. ſic Interpr. Græcus eiuſdē Thucyd.

Ἅ, pro ἡ dicunt Dores.

Ἅ, quò, cum motu, Doricè. Theocrit. ὁ δ' ἃ πόδες ἆγον, ἐχώρει, i. hic verò quò pedes ducebant, ibat.

Ἄ, tenui ſpiritu & tono acuto, Aduerbiū eſt ἐκπληκτικὸν, & παρακελευστικὸν, conterrendi, exclamandi, adhortandi. Ariſtophan. in Pluto, ἆ, ἆ, τὴν δᾷδα μή μοι προσφέρε.

Ἆ tenui ſpiritu & tono circunflexo, Aduerbium eſt, id eſt, ναὶ καὶ εἴθε, ſiue αἴθε, vtinam. Callimachus, ἆ ποτε συνάξειας. Ponitur etiam pro valde, πολὺ καὶ μέγα apud Archilochū, ἆ ἰαδ' εἴσι παίειν. Et loco ὦ Aduerbii, quum eſt κλητικόν. Homer. ἆ δειλὲ, τί κακῶν; Et loco φεῦ, id eſt, ah: & tunc eſt σχετλιαστικόν: quū ſcilicet moleſtum quippiam nobis accidiſſe, & indignatione dignum declaramus: vt Odyſſ. ξ, ἆ δειλὲ ξείνων, ἦ μοι μάλα θυμὸν ὄρινας. Ariſtoph. in Plut. ἆ, μὴ λέγ', ὦ πόνηρε, ταῦτα. ἆ ἐπίρρημα ἐπιτιμητικόν, inquit Interpr. Ariſtoph. Antiphilus Epigrammatarius, ἆ, καλὸν αὐτοπόνητον, ἐν αἰθέρι ῥεῦμα μαλισσῶν.

Ἄα, multitudo ſiue confluxio aquarum in vnum locum, σύστημα ὕδατος.

Ἄαατος, triplici α ſcriptū, ſignificat id quod maximè in cauſa eſt, quo malis afficiamur, vel quo minus ſcelerū ſuorū impunitatē mali aſſequantur, prout α vel στερητικὸν eſt, vel ἐπιτατικόν. Illud ſciēdū, quēadmodū in ἄατος prius α ipſius ἄτης στερητικὸν eſt, ſic in ἀάατος primum α priuat ſua ſignificatione totū hoc verbū ἄατος, in diuerſum cōuertens, quaſi τὸ μὴ στερῶν ἄτης τοὺς ἐπιόρκους, ἀλλὰ μάλιστα τῆς ἄτης αἴτιον: hæc ex Varin. Videtur tamen aliter accipiendū ἀάατος apud Apol. Rho. l. 2. Arg. ἢ κρατερὸς ἀάατος ὑπὸ χερσίν, &c. i. ἄπταιστος, vt exponit Interpr. vt idē ſit quod ἄατος, i. ἀβλαβὴς, inuiolabilis & inuictus. (niger.

Ἀάβακτος, ſiue Ἀάβυκτος, ἀβλαβὴς, innocens, incolumis,

Ἀαγὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, ἀαγὲς, τὸ, ab α priuat. particula, & ἄγω τὸ κλάζω, frango, i. frangi cōtumax, robuſtus, fractu difficilis, qui nō facilè vulnerari aut frangi poteſt, ἄθραυστος, ἰσχυρὸς: vel κατ' ἐπίτασιν ipſius α πολύθραυστος.

Ἀάδα, Laconicè pro ἔνδεια, egeſtas. Vſurpatur ab Ariſtoph. ἐν γλώσσαις. Heſychius.

Ἀαδεῖν, turbare, afficere cōtumelia: item egere, confici fame, anxiū eſſe, cibo non vti: quod, ait Heſych. ὀχλεῖν, λοιδορεῖν, ἀδικεῖν, ἀπορεῖσθαι, ἀσιτεῖν. Vnde

Ἀάδησεν, ἐλύπησεν, moleſtus fuit, Heſych.

Ἀάδιον, ἡ, ὑεία κόπρος, ſuccerda, i. ſtercus ſuillū, Heſych.

Ἀαδὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, iniucundus, pro ἀηδὴς, Doricè. & ἀαδὲς pro ἀηδές.

Ἀάζω, exhalo, propriè calidū halitum efflo. Ariſtotel. in Probl. ſect. 34. ἀάζουσι δὲ θερμὸν, calidum exhalant.

Ἀάθω, deceptus fui, ἠπατήθην.

Ἀάκτον, ου, τὸ, corrūpi cōtumax, nō obnoxiū damno.

Ἄακτον, ου, τὸ, inuulnerabile, ſanum, infractum.

Ἄαλον, ου, τὸ, inordinatũ, ἄτακτον. ἄλον enim τὸ μάταιον, ἀκρατές.

* Ἄαμος, δος, ἡ, ἐξάπτειον, venabuli genus, quo aucupes vtuntur, in Epigram.

* Ἀαναίμα, τὰ, λαχὸ χάεις. alii ἀάνμα ſcribunt, Varin.

Ἀανὲς, τὸ, nondum abſolutum, non abſoluendum, ὁ τι-λεσθησόμενον.

Ἀανὴς, ἑος, ὁ καὶ ἡ, vtilis, & τὸ ἀανὲς, vtile.

Ἄανθα, ἡ, genus inauris.

Ἄαπτος, ου, ὁ καὶ ἡ, intactus: à verbo ἅπτομαι, i. tango: vel cui quis nocere nequit. ὃν οὐδεὶς δύναται βλάψαι, fortis: ex ἰάπτω, vt vult Herodian. i. noceo: quod ab ἴψ, ἰπὸς, id eſt, coſſus, vermis ligna rodens: vnde ἰαπτὸς, & συνήθως ἀιαπτος: ſiue ἀα-πτος ἐλλείψει τοῦ ι, & pleonaſmo τοῦ α. Poteſt quoq; α accipi ἐπιτατικῶς, & tunc ſignificat eum, qui aliis facile ſolet inferre mala. ὁ μεγάλα δυνάμενος βλάπτειν. Hom. Iliad. α, manus Iouis irati ἀάπτους vocat, i. inuiolabiles & ſacroſanctas, inuictas & inacceſſas, ἀπεριττους, ἀπεριπλάστους διὰ μέγεθος, quaſi ad illas offendere ſit pernicioſũ. ἀπλήστους ὡς ἂν καὶ ἀέπτους, ἵνα ᾖ ἀήττητος, ἢ αἷς οὐ δυνατόν τις ἐγγίσαι, ὃν οὐδεὶς ἅψαιτο ἀάπτω.

Ἄας, in craſtinum, vel perendie.

Ἄασα, nocui, ἔβλαψα, pro ἤασα. Iliad. θ, Ζεῦ πάτερ ἦ ῥά τιν' ἤδη ὑπερμενέων βασιλήων τῇδ' ἄτῃ ἄασας: à verbo ἄτω, vel ἀω, i. βλάπτω. Et ἀασάμην, ἥμαρτον, ἐσφάλην, iacturam accepi, ἐβλάβην, ἐλυπήθην. Apollon. 2. Argon. ἀασάμην καὶ φρένας, &c. i. ἐλυπήθην, vt exponit Interpr. poteſt etiam exponi per ἥμαρτον, errau i & lapſus ſum, offendi. Hom. Ili. ι, ἀασάμην ἢ αὐτὸς ἀναίνομαι. Apoll. 2. Arg ἥμβροτον, ἀασάμην τε νόῳ καὶ ἀμηχανίῃ, lapſus ſũ errore. ἀάσατο μέγα θυμῷ, acriter offeſus eſt.

Ἀάσθην, læſus ſum, Heſiod. τὰς δ' ἤδη ἀάσθη, i. ἀιάτως ἐβλάβη: ab ἄτω, pro ἤσθη: ſunt qui pro ſiccatus ſum accipiãt: ab (ἄζω.

Ἀασίφρων, ου, ὁ, nocumentum ferens.

Ἀασίφρων, ονος, ὁ, demẽs, inſanus, βλαψίφρων, φρενοβλαβής.

Ἀάω, nocco, corrumpo.

Ἀασμὸς, οῦ, ὁ, exhalatio, halitus: ab ἀάζω. ἢ ὅτι ἐν ἀασμῷ ἀ-θρόως ἐκπνεῖ τις. differt τοῦ φυσῶ, καὶ φυσησμῶ, vel φυσημῶ.

Ἀάστονος, ου, ὁ, gemebundus, ſuſpirioſus, mœſtus.

Ἀατὸς, à noxa tutus, ἀβλαβὴς, ἀναμάρτητος.

Ἀάχετος, ου, ὁ καὶ ἡ, pro ἀκατάσχετος, irretentibilis, intolerabilis, intemperans, inobediens, ἀκατακράτητος. Deducitur autem ἀπὸ τοῦ χῶ, χάζω, ἔχω, ἔχομαι, ἔχετος, ἔχετος. vnde χετὸς & ἄχετος, & per pleonaſmum ipſius α, ἀάχετος.

Ἄαται, ſatiatur. κορέννυται. Heſiod. καὶ κρατερός περ ἐών, ἀᾶται πολέμοιο, bello expletur: vbi Interpr. ἀᾶται γὰρ τὸ ἐμπίπλαται, καὶ τὸ ἀπαντικὸν ἄαμαι, ἄασαι, ἄαται, i. κορέννυμαι. Sunt etiam qui ἀᾶται, læſus eſt, exponant: ab ἄτω.

Ἄατος, ου, ὁ, innocens, ſine nocumento, ἀβλαβὴς, ἀπὸ ἄτης: vel κατ' ἐπίτασιν ipſius α, vehemẽter nocẽs, vt apud Apollon. ἄατος ὕβρεις, ἄατον βλαβερὰν, & ἄατον κάρτος, & ἄπτωτον καὶ ἀπόκαιον: vtroq; enim modo α accipi poteſt, aut priuatiuè, aut intenſiuẽ: ab ἄτω, quod eſt βλάπτω. vnde ἄτος, & cum duobus αα verſis ex vno circunflexo, ἆατος. Eſt etiã difficilis, inſatiabilis, χαλεπὸς, δυσχερὴς, ἀκόρεστος, ἀκόρητος, ἀπλήρωτος. Heſiod. χόλος ἄατος πολέμοιο, bello inſatiabilis, i. ἀκόρεστος: ab ἄω, ſiue ἄμι, expleo.

Ἀάτωλος, ου, ὁ, innocuus, ἀβλαβὴς, Heſych.

Ἄβ, menſis, qui & γορπιαῖος, Heſych. & Varin.

Ἀβα, rota, clamor, ἦχος, βοὴ.

Ἀβάγηλος, ου, ὁ, tenuis, λεπτός.

Ἄβαγνα, τὰ, roſæ, Macedonibus.

Ἄβαζος, ου, ὁ, taciturnus, mutus, ἥσυχος, ὁ ἐστερημένος τοῦ βάζειν, ὅ ἐστι τοῦ λέγειν.

Ἀβαιρ, ἱερος, tenuis, minutus.

* Ἀβαθ, διδάσκαλος κύριος, Heſych.

Ἀβάθματα, τὰ, bellariorum genus, σήμματα.

Ἄβαι, vrbs Phocidis. vide Stephan. ἀπὸ πόλεων.

Ἄβαιον, paululum, paruum, βαιὸν, & pleonaſmo literæ α, ἄβαιον.

Ἄβαθὴς, ἑος, τὸ, ὁ μὴ ἔχων βάθος, non profundus, Galen. lib. 2. ad Glauco. τραύματα ἀβραχέα τε καὶ ἀβαθῆ, vulnera parua, nec profunda.

Ἀβακαῖνον, vrbs Siciliæ. vide apud Stephan.

Ἀβακέω, ῶ, μ. ήσω: vnde ἀβάκησαν, ignoro, non habeo quid dicam, aut quo rationem rei explicem. ἀβάκησαν (inquit Etymologicus) ἠγνόησαν, ἠσυχίασαν, ἐσίγησαν, deducitur à βάζω, i. lego, quod in Præter. Paſſiuo βέβακται facit. vnde βακτὸς, & verbum ἀβακτῶ, ſiue aphæreſi τοῦ τ, ἀβακῶ.

Ἀβακίως, quietè, ἡσύχως, ἀπὸ τοῦ ἀβακής.

Ἀβακήμων, ονος, ὁ, indiſertus, tacitus, imprudẽs, ſtultus.

Ἀβακὴς, ἑος, ὁ καὶ ἡ, idem quod ἀβακήμων, carens voce, ἄφωνος, ἄλαλος, ἄβαζος: ἀπὸ τοῦ βάζω, i. λέγω. Hinc pro ſimplici ponitur & aperto, ſynceróque, ἀφελὴς, ἄπλαστος, ἄκακος. Item pro ſtulto. Eſt etiã inualidus, ἀδύνατος. Itẽ facilis, ῥᾴδιος.

Ἀβακίζω, quieſco, ἡσυχάζω, μὴ θορυβῶ.

Ἀβάκιον, ου, τὸ, diminutiuũ eſt ἀπὸ τοῦ ἄβαξ, κος, abaculus. Ammonius ita ἀπὸ τοῦ ἄβακος differre ait, vt ἄβαξ ſit menſæ genus in tricliniis, vbi vaſa omnis generis exponi ſoleant: ἀβάκιον verò, tabula illa calculatoria, in qua numeros ſubinde deletiles ducamus.

* Ἄβακοι, ἀγαλαίστοις, Heſych. inutilium piſciculorum inſtitores inſani, Interpr. Oppian.

Ἀβάκτητον, ου, τὸ, minimè inuidioſum, ἀνεπίφθονον.

Ἄβακτον, & ἄβακτον, τὸ μὴ μαγειρεῖον, profanum, nefandum: à βάζω.

Ἀβάκχευτος, ὁ, bacchanaliũ expers. ἀβάκχευτος βάπτιζε, vini expers menſa, Nonn. (λω.

Ἀβαλαι, vox indignãtis, heu, φεῦ: ab α epitatico, & βάλ-

Ἀβαλαία, ας, ἡ, ſcriptura, confeſſio, συγγραφὴ, ὁμολογία.

Ἀβάλι, Aduerb. vtinam. In Epigram. ἀβάλι χειμερίοις ὑπὸ κύμασι πόντου, &c.

Ἀβάλα, inutilem, languidum Lacones vocant. ἀχρεῖον, νωθρόν.

* Ἄβαλις, μοχθηρὰ ἐλαία, Heſych. oliua mala.

Ἀβάνταις, εως, ἡ, aſcenſus, ἀνάβασις, poeticum.

Ἄβαντις, Εὔβοιας, Homer. Iliad. β.

Ἄβαξ, ακος, ὁ, ἐφ' ᾧ τὰ σκεύματα παρατίθεται, inquit Amm. i. in quo res deponunt, quemadmodum eſt coquorum tabula, in qua receptacula eduliorum, aliáque id genus exponuntur, armarium. Ponitur & pro tabula, in qua Mathematici ſiue Algoriſtæ lineas, numeros, & figuras ducunt: veteres Pythagoricam appellant menſam. Eſt quoq; tabula quadra, quæ ſupponitur craſſiuſculæ ſummitati columnæ. Etym. ἄβαξ inquit propriè ὁ μὴ ἔχων βάσιν, impropriè verò καὶ ὅτι οἷος δήποτε σανίδος, παρὰ τὸ βῶ τὸ βαίνω. Latini à Genitiuo Græco Nominatiuum formantes, abacum vocant. Accipitur aliquando pro muto, i. ἄλαλος, ἄφωνος: à βάζω.

Ἀβάπτιστον, τὸ, terebella, Medicorum inſtrumentum, ξύστρον.

Ἀβάπτιστος, ου, ὁ, qui mergi nequit, vt ſuber.

Ἄβαπτος, ου, ὁ, liberrimus in loquendo, ἀστόματος, tranſlatione ſumpta ἀπὸ τῆς μαχαίρας, τῆς κατὰ στόμα βαπτομένης.

Ἄβαρ, αρος, τὸ, genus placentæ, apud AEſchyl.

Ἀβαρὴς, ἑος, ὁ, intelligentia carens, ἀσύνετος, leuis, minimè grauis, non oneroſus, non moleſtus: à βαρὺ ſeu βάρος.

Ἀβαρνάση, ης, ἡ, effœminata, delicata, & ἁβροτέρα.

Ἄβαρις, εως, ὁ καὶ ἡ, epirotes, continentis habitator, cuius habitatio minimè in aquis eſt, eóque nullis nauibus eget, ὃς μὴ ἔχει βάριν. Hoc quoque nomine vocabatur Seuthi filius, de quo Suid. & Strabo, & Gellius lib. 9, capite 22. Eſt & ἄβαρις, nomẽ libri apud Plutarchum, qui ſcriptus eſt ab Heraclide de animæ immortalitate.

Ἀβάρκη, pro ἀφάρκη, legitur libro tertio hiſtoriæ plantarum Theophraſti.

Ἀβαρκνᾶται, terret, plaudit, ταράσσεται, κροτεῖ.

Ἀβαρκνα, ας, ἡ, fames.

Ἄβαρνος, proprium vrbis Phocenſium: vnde

Ἀβαρνίς, Φωκέων φυλή.

Ἀβαρτ-

Ἀϐάρευ, geme, plora, clama.

* Ἀβάρται, ῶν, αἱ πτίλαι, κυπρίοι, volatiles.

Ἀβαρτία, ας, ἡ, inſatiabilitas, ἀπληςία.

Ἀϐαρτος, ου, ὁ, inſatiabilis, valde edax.

Ἀβαρὺ, origanum.

* Ἀβαρὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, non grauis. Lucian. in Scaph. οὕτω ἅμεινον ἀβαρὴ, ἐντεταγμένην, i. ſic ſatius vt ſine pondere ſis, itaque inſcende. Ariſtot. in 1. de cælo, τὸ μὲν γὰρ ἀβαρὲς σῶμα τὸ δ᾽ ἔχον βάρος.

Ἀϐαι, τῶ ἄϐα, gentile nomen.

Ἀβαὶ, bardus, λῆθος. Eſt & ſacer morbus Tarentinis.

Ἀϐας, ἄϐαντος, Abas, nomen proprium.

* Ἀϐάσαι, præclarè agere, extolli. (le.

* Ἀϐασίκτως, δυσβαστάκτως, Heſy. Aduerb. portatu diffici

Ἀβασάνιστος, ου, ὁ, inuulnerabilis, ἄτρωτος. Item inexploratus, inexercitatus, incertus: à lapide auri indice, qui βάσανος dicitur. Expers doloris apud AElianũ. Vnde prouerbium, ἀβασάνιστος ἄνθρωπος, inexploratus homo.

Ἀβασανίστως, ſine certa probatione, nulla examinatione facta, temerè. Thucydid. ἀβασανίστως παρ᾽ ἀλλήλων δέχονται, i. alii ab aliis capiunt inexploratè, inexaminatè.

Ἀβασίλευτος, ου, ὁ καὶ ἡ, non ſubditus regi aut imperatori, rege carens: vt ἀβασίλευτος πόλις, libera vrbs, quæ nullius paret legibus, ſed eſt ſui iuris.

Ἀβάσκαντον, ου, τὸ, faſcini amuletum, i. maleficia & faſcinationes auertẽs: ab α priuat. particula, & βασκαίνω. Dioſcorid. lib. 3, ἀβάσκαντον ἀνθρώποις εἶναι λέγεται, hominibus faſcini amuletum eſſe fertur.

Ἀβάσκαντος, ου, ὁ καὶ ἡ, vel Ἀβάσκανος, inuidia vacuus.

Ἀβάσταγμα, onus, φορτίον: ab α epitatico, & βαστάζω.

Ἀβατον, inacceſſum, infinitum, ἄβατον. Item ἀβίαστον, nõ

Ἀβατος, immotus, inacceſſus. (violentum.

Ἀβατος, ου, ὁ καὶ ἡ, expers intelligentiæ, ἀσύνετος. Item ἄβατον, deſertum, inacceſſum, inuium: vt ἄβατος ὁδὸς, auium iter: & ἄβατος ἵππος, equus indomitus, quẽ nemo conſcẽdit, apud Lucian. & ἀβατώτερος συκῆ, magis ſcanſilis ficus, apud Theophr. lib. 2. hiſt. plant. Hinc etiam locus ille à Rhodiis, ne quis Artemiſiæ ſtatuã affligeret, obſeptus, ἄβατος eſt appellatus, quoniã (inquit Cælius) trophæa mouiſſe religio eſt. Item ἄβατον, adytum dicitur. Plutar. in Probl. ἐν τῷ ἀβάτῳ οὐδείς. Et ἄβατος Suidæ ſacrificium eſt ad quod non quiuis temerè admittitur. Et inſula quædam AEgypti eodẽ nomine vocatur, quòd ad illã propter limi & papyri copiã difficilim⁹ eſſet aditus. Lucan. l. 10, Hinc Abaton, quã noſtra vocat venerãda vetuſtas.

Ἀϐαφος, ου, ὁ καὶ ὁ, non tinctus: ab α priuat. & βάπτω.

Ἀϐϐαλεν pro ἀνέβαλεν, reiecit, ſurſum iecit.

Ἀϐδηλον, ου, τὸ, humile, abiectum.

Ἀβδέλυκτα, ων, τὰ, non contaminantia, quæ non abominamur, ἀμίαντα: à βδελύττομαι.

Ἀβδηλα, vel Ἀβδηλα, ων, τὰ, ἄβατα, inuia. (phanus.

Ἀβδηρα, τὰ, Abdera, nomẽ vrbis: vnde Ἀβδηρίτης, Ste-

Ἀβδης, ſcutica, flagellum, apud Hipponactem.

Ἀβέβαιος, ου, ὁ καὶ ἡ, inſtabilis, incertus, inconſtans, minimè ſtabilis, infirmus, ἀσθενὴς, εὐμετάτρεπτος, ὁ μὴ πάγιος. Ariſtot. de mundo, πάντα δὲ ἀβέβαια. Plutarch. χθὲς ἔδειξεν οὐ μόνον ἐρήμους καὶ ἀψύχους καὶ ἀβεβαίους αὐτοὺς, ἀλλὰ καὶ μεταβαλλομένους εἰς ἔχθραν καὶ ὀργήν.

Ἀβεβαίως, inconſtanter.

Ἀϐέϐηλον, ου, τὸ, mundũ, ſacrum, nõ profanum, quod neque contrectare, neque adire fas erat. Huic contrariũ eſt βέβηλον, τὸ μὴ ὅσιον, παντὶ δὲ βάσιμον: vnde ἀβέβηλος λόγος, ἀπόρρητος, καὶ ἀβέβηλα χωρία, regiones non peruiæ.

Ἀβέλιος, ου, ὁ, ſol Cretenſibus.

Ἀβέλλω, vel Ἀβέλω, circundo, corono.

Ἀβελλον, ου, τὸ, vel Ἀβελον, humile.

Ἀϐελτερία, ſtultitia, ineptia, veſania, ἀσωτία, abiectio. dicitur & Ἀϐελτηρία pro eodem, ἀφροσύνη, ἄνοια. ἀβελτερίας ὁ νόμος, ineptiendi conſuetudo. ἀβελτερία τῶν πραγμάτων, negotii tum abſurditas, tum amentia. Ariſtot. 2. OEcon. τὴν ἀβελτερίαν αὐτοῦ ἐλοιδορεῖ, eius ſtupiditatẽ inſectabatur.

Ἀβελτεροκόκκυξ, υγος, ὁ, inanis, ἀβέλτερος.

Ἀβέλτερος, ſtupidus ac barbarus, ſtultus, ignauus, aſpernandus, abiectus, vanus, Plutarchus περὶ φιλοπλουτίας, τί λέγεις, ἀβέλτερε; τῆς γυναικὸς ὀφείλων περιελεῖν τὴν πορφύραν καὶ τὸν κόσμον; &c. vbi Eraſmus non ſatis rectè, Quid ais vir muliere deterior? quum debueris ſubmouere purpuram & mũdum, &c. eſt enim gradus poſitiui. Idem Plutarchus ἐν τῷ περὶ τοῦ πῶς δεῖ τὸν νέον ποιημάτων ἀκούειν, ὁ γὰρ ἄπεστι τὸ ἀπιθανὸν αὐτῆς ἀβελτέρους κεχηνότας καὶ ἀνοήτους. ἀβέλτερός τις λέγεται, ὅτι οὐκ ἔχει τινὶ συγκρινόμενος βελτίων φανῆναι, vt ſcribit Simplicius interpres Epicteti, i. qui non habeat cum quo comparatus, melior videbitur. Plutarchus in Romulo, ἀβέλτερον οὐρανῷ μιγνύειν γῆν, ſtultum eſt cælo terram miſcere. Ariſtophan. τί κάθησθ᾽ ἀβέλτεροι; Deducunt ab α priuat. & βέλτερος, id eſt, φρόνιμος, quaſi ὁ τὸ βέλτιον μὴ γινώσκων. ἀβελτερώτεροι, ſimpliciores. ἀβελτερώτατος, ſtultiſsimus. Gaza in trãſlatione Ciceronis de Senect. τί δὲ, πᾶς μὲν σοφώτατος ἀταλαιπώρῳ ψυχῇ τελευτᾷ τὸν βίον: ἀβελτερώτατος δὲ, ταλαιπωροτάτῃ; quid, quòd ſapiẽtiſsimus quiſque ęquiſsimo animo moritur, ſtultiſsim⁹ iniquiſsimo?

Ἀϐέρϐηλος, ου, ὁ, vanus, inſtabilis, ἀκατάστατος, μάταιος, ingratus, imprudens, ἀχάριστος, ἀναίσχυντος. ἀβέρβηλον, multum, magnum, graue, laborioſum, odio dignum.

Ἀϐερται, αἱ, lora altiora, quæ per terga equi iugalis excurrunt, ſub alis eius ſubcincta, Bud. Annot. poſter.

Ἀβέσω, deſidero, tumultuor, ἐπιποθῶ, θορυβῶ.

Ἀϐηδὼν, όνος, ἡ, luſcinia, ἀηδών.

Ἀβήρω, canto, ᾄδω.

Ἀϐης, δος, ὁ καὶ ἡ, ſtultus, imprudens, improbus.

Ἀβηνῶ, animaduerto, ὁπτῶ.

Ἀβίαστος, ου, ὁ καὶ ἡ, non coactus, ſine violentia, ἄβιος: vnde ἀβίαστος κίνησις, motus naturæ ſponte editus. τὸ ἀβίαστον, li-

Ἀϐιάζομαι, ornor, delicior. (bertas.

Ἀβίγας, Abigas, proprium fluuii.

Ἀβίκτον, quod pręſenti in periculo verſatur, ἐφ᾽ οὗ οὐκ ἐγένετο θρῆνος ὀλολυγμῶν, i. cuius exequiæ non fuere lugubres, Interpres Sophoclis.

* Ἀϐιν, ινος, abies aut picea. Inuenitur & ἄϐις, vt apud Latinos. vide Varinum.

• Ἀϐιόλη, σπέρμα τι, ſemen quoddam, Varino.

Ἀβιος, ου, ὁ, duplicem habet ſignificationem: aut enim α priuatiua particula eſt, & tum ſignificat pauperem, ᾧ μὴ βίοτος ἔστιν: à βίος deductum, ἀκτήμονα, ἀκλήρους, qui nullas habet facultates. Lucian. θητεύσοντας ἀκλήροις καὶ ἀϐίοις ἀνδράσι, ſeruituros mendicis viris & egenis. Itẽ ἄϐιος inermẽ ſignificat, qui arcu nõ vtitur, ἀπόλεμον: à βιὸς, id eſt, arcus. Item non violentum, non iniurium, οὐκ ἀδικοῦντα, qui nullam aliis infert iniuriam: à βία, id eſt, violentia. Demoſt. hoc nomine eum vocat, qui nullam vitæ ſuæ rationem habet. Homerus Thraces ἀϐίους appellauit, quaſi à cõmuni vitæ ſtatu alienos, vt qui mulieribus abſtineant. ἄϐιοι etiam (vt Etymolog. habet) βίαις μὴ χρώμενοι, ὅ ἐστι, νόμοις καὶ πολιτείαις. Aut certè α intenſiua eſt particula, & tunc eum ſignificat cui nihil eorum deeſt quæ pertinẽt ad victum & facultates rerum, & ad potentiam, id eſt, opulentum. Item μακρόβιον, μεγαλότεκνον. ἄϐιος βίος, vita non vitalis, in Epigram. ἄϐιος αἰσχύνη, extremus pudor, Plato Legib. Ἄβιοι, Abii, gens Scythica. vide apud Stephanũ περὶ πόλεων. Philoſtratus in Heroicis inquit Abios dici à poetis, qui ſuperiora Myſiæ incolunt.

Ἀϐίωτος, ου, ὁ, doloribus plenus, triſtis, humilis, abiectus, qui non viuit, ὁ μὴ ζῶν, mendicus, κακὸς, ἀηδὴς, ὀδυνηρός. vnde ἀϐίωτος βίος, vita iniucunda & acerba & minimè vitalis. Dicitur & ἀϐίωτος tertia breui. Lucilius epigrammatarius, τοῦτον δύσζωον κἀϐίωτον βίοτον. Ariſtoph. in Pluto, ἀϐίωτον εἶναί μοι νενόμικα τὸν βίον, AEſchines in Cteſiph. ἀϐίωτον ἡγησάμενος εἶναι, εἴ τινος ἀπολειφθήσεται δωροδοκίας, i. non ſibi viuendum arbitratus, ſi, &c. ἀϐίωτος αἰὼν apud Xenophontem, i. ætas mendica & miſera.

Ἀβιώτως, Plutarch. in Solone, ἀβιώτως καὶ αἰσχρῶς ὑπὸ λύπης διετέθησαν, i. fœdè ac turpiter in dolore ſe habuerunt. ἀβιώτως ἔχειν, periclitari de vita, infeliciter viuere.

Ἀβλάβεια, ας, ἡ, incolumitas, innocentia, indemnitas. Cic. lib. 3. Tuſcul. Innocentia, inquit, apud Græcos vſitatum nomen nõ habet, ſed habere poteſt, ἀβλάβεια, &c.

Ἀβλαβὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, innocuus, innoxius, innocens, inoffenſus, illæſus, tutus, ſaluber, nõ nocens, incolumis. Plato 2. de Repub. τὸ χαίρειν καὶ αἱ ἡδοναὶ ὅσαι ἀβλαβεῖς, i. quæ nihil afferunt detrimenti. Xenoph. παρ' ἑαυτοῦ ἄνδρας ἀβλαβεῖς παρέχεται, præſtat illæſos.

Ἀβλαβῶς, citra noxam, innocenter, innocuè.

Ἀβλαβώνιον, ſic dicebatur apud Aegyptios funis è corticibus connexus, purgationis cauſa.

* Ἀβλαδέως, ἡδέως, ſuauiter, Varinus.

* Ἀβλαξ, ακος, ὁ, λαμπρὸς, clarus, Heſych.

Ἄβλαρα, ligna, τὰ ξύλα.

Ἄβλας, ſtupidus, ignorans, ingratus.

Ἀβλαστέω, ῶ, μ. ήσω, malè germino, non ſuccreſco.

Ἀβλαστὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, & Ἄβλαστος, ου, apud Theophr. infœcundus, non germinans, nõ ſuccreſcens. dicitur & Ἀβλάστητος, qui nequit germinare, qui nequit pullulare.

Ἀβλαυτος, ου, ὁ, nudus pedes, ἀνυπόδητος.

Ἀβληχρὸν, inualidum, ἀδρανές: ſic Nicand. Interpr.

Ἀβλεμέως, Aduerb. negligenter: pro ἀμελέως, & tranſpoſitione literarum ἀλεμέως, pleonaſmóque ipſius β, ἀβλεμέως, Orione authore.

* Ἀβλεννὴς, έος, piſcis acus, alio nomine βελόνη & ῥαφὶς, apud Athenæum.

Ἀβλεπτὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, deſpect⁹, vilis, nihili, malus, indignus qui videatur.

Ἀβλέπτημα, ατος, τὸ, delictum, peccatum.

Ἀβλεπτὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, peccator, ἁμαρτωλός.

Ἀβλεπτῶ, delinquo, pecco.

Ἀβλεψία, ας, ἡ, cæcitas, inconſyderantia.

Ἀβληρα, ων, ἡ, habena.

Ἀβλὴς, ῆτος: ab α priuat. & βάλλομαι, βέβλημαι, de iaculo dicitur recenti, necdũ aliquò miſſo, quo ſcilicet neminem adhuc percuſſeris, & cuius cuſpis integra ſit, neque frequentibus ictibus obtuſa. ἀβλῆς οἶστος, apud Homerũ, ſagitta nondum iacta, nondum arcu excuſſa.

Ἀβλήσματον, vel ἀβλήματον, intactum.

Ἀβλητῆρες, οἱ, teſtes, μάρτυρες, συναλλαχότες. Legitur etiam Ἀβλήτορες & Ἀβολήτορες.

Ἄβλητος, ου, ὁ, illæſus, non putatus, nõ cæſus, inuiolatus, ἄτρωτος, ab omni telorum incurſu tutus & inuiolabilis, inulneratus. Differt ab ἀνούτατος, quod ſimiliter inulneratum ſignificat. Nam illud de eo dicitur, qui eminus iaculando ictus non eſt: hoc verò de eo qui cominus pugnando nullum vulnus accepit, Varin.

Ἀβληχὴ, balatus expers. Antipater Epigramm. μανίους δ' ἀβληχὴς ἐπαύλιον, &c.

Ἀβλήχημον, ονος, ἡ, obtuſus, hebes, ἀμβλύς.

Ἀβληχρὴς, έος, & Ἀβληχρὸς, οῦ, idẽ quod βληχρὸς, robuſtus ac fortis, apud Pindar. & tũc α ſuperuacaneũ eſt, vt in σταχυς & ἄσταχυς: etſi aliis στερητικῶς poſitũ eſſe videatur. Aliquãdo accipitur pro hebeti, obtuſo, molli, imbecilli, remiſſo, debili. Iliad. ε, ὑπ' ἀσθενέος χειρὸς ἀβληχρῆς, i. ἀσθενῆ, ἁπαλήν. Apoll. 2. Arg. ἀβληχρῷ δ' ἐπὶ κώματι κέκλιτ' ἄναυδος, i. ἀσθενοποιῷ ἢ ἀσθενεῖ, κατ' στέρησιν τοῦ βληχροῦ, inquit Interpr. impotentẽ ob ſoporem. ἀβληχρὰ νόσος, remiſſus & lõgus morbus, apud Plutarch. in Pericl. Et ἀβληχρὰ γυμνάσια, molles exercitationes, apud eundẽ de Valetud. tuenda. Et ἀβληχρὸς θάνατος, mors nõ violẽta, quæ & ἀβληχροποιὸς dicitur, quaſi ἀσθενεῖς ποιοῦντος τοὺς θνήσκοντας. Dicitur autẽ παρὰ τὸ βάλλειν, quod interdum καταβάλλειν εἰς γῆν καὶ φονεύειν ἀναιρεῖν ſignificat: interdum, καταβάλλεσθαι εἰς γῆν, Etym.

Ἀβλόες, ſacrifica, ἀνιερὰ, θυσίαι.

* Ἀβλόπες, ἀβλαβεῖς.

* Ἀβλος, εος, τὸ, mulctrum, vaſis genus apud Alemanos.

Ἀβλωθρίδιον, ου, τὸ, venenum, quo fœtus extinguitur, abortus, ἀτέλεστον ἔκτρωμα.

Ἀβλώσκω, apud Gazam lib. 3. Gram. vide num ſit idẽ quod βλώσκω.

Ἀβοαὶ, αἱ, precationes, εὐχαί.

Ἀβοήθητος, ου, ὁ καὶ ἡ, auxilio carens, deſtitutus: pro immedicabili: ut ἀβοήθητος δῆξις, morſus deploratus, Dioſcorides libro 9. ἀβοήθητος φίλος, amicus qui non adiuuatur. Epictetus, ἀλλὰ σοι οἱ φίλοι ἀβοήθητοι ἔσονται, amicis prodeſſe non poteris.

Ἀβοηθητὶ, Aduerb. citra auxilium, facilè.

Ἀβοήθητον φάρμακον, irremediabile venenum, Theophr. lib. 5. hiſtor. plant.

Ἀβόητος, ὁ καὶ ἡ, tacitus, mutus.

* Ἀβολα, κυβευτικοῦ βόλου ὄνομα, Heſych. teſſerarius iactus, infelix.

Ἀβολέω, ῶ, μ. ήσω, π. ηκα, occurro, obuius fio, ἀπαντῶ. Datiuo, ἀβόλησεν λιπῶσιν. Vnde & ἀβολεῖν pro intelligere, Heſychius.

Ἀβολεῖς, αἱ, ἐκβολαὶ, valla, munimenta, ſepes.

Ἀβολητοὶ, οἱ, crudeles, quibus nõ tutò obuiã venitur.

* Ἀβόλητοι, οἱ, idem.

Ἀβολήτωρ, ορος, ὁ καὶ Ἄβολις, καὶ Ἄβολος, pullus qui dentes nondum emiſit, Ariſtot. vel qui dentes adhuc habet ætatis indices, qui à Xenoph. γνώμονες appellãtur. Et ἀβολήτωρ, ὁ μὴ παραβάλλων, παρὰ τὸ ἀντιβολῶ, Etym. Vnde apud Antimachum, ἀβολήτορες, i. μάρτυρες, συνεχόντες, συναλλαχότες, ἀβλητῆρες. Eſt etiam Ἄβολος, flumen Siciliæ, Plutarch. in Timoleone.

* Ἀβόλλα, genus veſtis, Bayf. de re veſtiaria.

Ἄβος, tener. Theocrit. μή μευ λωβάσησθε τὰς ἀμπέλους: ἐντὶ γὰρ ἄβαι, ne meas lædatis vites: ſunt enim teneræ. legunt tamen alii αὖαι, i. ſiccæ & torrefactæ.

Ἀβουλεὶ, inconſultò, imprudenter.

Ἀβουλέω, ῶ, non conſulto, nolo. Plato Epiſt. 7, ἀβουλοῦντι ἐμὲ ἀπελθεῖν, nolens me diſcedere.

Ἀβουλὴς, έος, temerarius, inconſultus, egenus.

Ἀβούλητος, ου, ὁ καὶ ἡ, inuitus, inuoluntarius, μὴ βουλόμενος, non deſyderans. Item, incõſyderatus, fortuitus. ἀβούλητος πρᾶξις, res inuitè geſta, res non deſyderata, res imprudenter geſta. ἀβούλητοι συμφοραὶ, repentinæ calamitates.

Ἀβούλητον, τὸ, quod præter noſtram voluntatẽ ſit, fortuitum. τὰ ἀβούλητα, res miſeræ, res afflictæ, res quę pręter expectationẽ veniunt. Gaza de Seneɛt. ἀβούλητα ὁρᾷ, quæ non vult, videt. ἀβούλητα πράγματα, res aduerſæ, & quæ præter noſtrum conſilium accidunt.

Ἀβουλία, ας, ἡ, temeritas, inopia conſilii, imprudentia, amentia. Iſocr. οὕτω δ' ἂν μάλιστα βουλεύσασθαι παρεξορμηθείης, εἰ τὰς συμφορὰς τὰς ἐκ τῆς ἀβουλίας ἐπιβλέψειας, i. ſic potiſsimùm ad conſulendum incitaberis, ſi ad calamitates quas affert temeritas ſpectes. ἀβουλία, παρὰ γνώμην, inuito animo.

Ἀβούλιος, cum ἰῶτα ſcriptum, nomen proprium.

Ἄβουλος, ου, ὁ καὶ ἡ, κακόβουλος, conſilio carens, incõſultus, temerarius, præceps, inconſultè agens, ſtultus.

Ἀβουλότατα, quæ ſpõte ſine opera noſtra fiunt, ἀπροαίρετα: & Aduerb. pro inconſultiſsimè.

Ἀβούλως, ſtultè, inſipienter, temerè, inconſultè.

Ἀβουσκολέω, ῶ, μ. ήσω, π. ηκα, tumultuor, θορυβῶ.

Ἄβουτης, bobus carens, egens, ἀκτήμων, ἄπορος: ἀπὸ τῶν βοῶν. Heſiod. κραδίην δ' ἔδεσ' αἰθρὸς ἀβούτεω.

Ἄβρα, ας, ἡ, ancilla adoleſcentior, ancilla puella. Gen. cap. 2, Ῥεβέκκα καὶ αἱ ἄβραι αὐτῆς, Rebecca & puellæ eius: itẽ cap. 2. Exodi, αἱ ἄβραι αὐτῆς, famulæ eius.

Ἀβραδύλη, ης, ἡ, pellex ſiue concubina.

Ἀβράχουσαν, ſonuerunt, poeticum.

Ἀβραίας, Celtæ κερκοπιθήκους, hoc eſt, ſimias caudatas vocant.

Ἀβρανὶς, ίδος, ἡ, veſtis muliebris eſt crocei coloris: à Cicer. de Aruſp. crocota dicitur: & à Plauto crocotula.

Ἀβρασὰξ, Baſilides omnipotẽtem Deum appellat portentoſo

tétroſo nomine, inquit D. Hieron. in c. 3. Amos. Proph.

Ἄβραχε, ſonuit, ἤχησεν, poeticum.

Ἄβροχος παλάμη, manus non madida, Nonnus.

Ἀβρωμὸς, ἐος, ὁ καὶ ἡ, deſpectus, ἀβλεπής.

Ἀβειάζεται, κοσμεῖται, θρύπτεται.

Ἀβρίζομαι, delicatè ornor, delicato cultu vtor.

Ἀβειδης, leuis, Euripid.

Ἀβεαὶς, verum: vnde ἀβεαιότερον, verius.

Ἀβειπτος, ου, ὁ, ſurdaſter, δύσκωφος, ἄηχυπνος, ἀπίστακτος, ὁ μὴ ἐχων ἀκούειν, inſomnis.

Ἀβειτά, τὰ, mundata, καθαρθέντα.

Ἀβείξ, ἐγρηγορώς, vigilans, vigil, Heſych.

Ἀβείξαι, à cibo ſumpto dormire: ἀπὸ βορᾶς νυστάξαι, χειμαδίσαι, Heſychius.

Ἀβροδίαιτος, ου, ὁ, ἁβροδίαιτος, delicatè viuens, mollis, delicatus, τρυφερὸς, Dionyſ. de ſitu orbis.

Ἀβρογάστωρ, mollis, effœminatus. (AEſchyl.

Ἀβρογόος, ου, ὁ καὶ ἡ, omnia luctu eiulatúque complens,

Ἀβροδιαιτία, ας, ἡ, vita delicatior & mollis.

Ἀβροδίαιτος, ὁ καὶ ἡ, mollis, delicatè & molliter viuẽs, delicatus in cibo: ab ἁβρὸν, quod delicatũ ac molle, ſiue (vt alij) multum ſignificat, & δίαιτα. τὸ ἁβροδίαιτον, molliſsima vita, Politiano interprete, vitæ mollities, lautitia, munditia, luxuria, luxus, apud Thucydid.

Ἀβροείμονες, οἱ, ſplẽdidè ac molliter veſtiti: καλλιείμονες, λαμπρὰ ἐσθῆτα φοροῦντες, ἀπαλοφόροι: ab ἁβρὸν, Etym.

Ἀβρότονον, abrotonum herba.

Ἀβροκομάω, ῶ, capillos orno, delicioſus ſum.

Ἀβροκόμης, molliter comatus: Bacchi epitheton, πολύθριξ, mollem comam habens.

Ἀβροσύνη, ας, ἡ, tenebræ.

Ἀβρόμιος, abſtemius, ἄοινος: ab α & βρόμιος.

Ἀβρομίτρης, ου, ὁ, λαμπρομίτρης: à nomine μίτρα.

Ἄβρομος, ου, ὁ καὶ ἡ, obſtreperus, tumultuoſus, θορυβώδης: ab α intenſiuo, & βρόμος, quod propriè ſignificat ſtrepitũ ignis. ſed ſi α priuatiuè accipiatur, ſignificat ſine ſtrepitu, ἀπὸ βρόμου, id eſt, ἄψοφος. Apud Dioſcoridem capitur pro non graueolens: vt ἄβρομον θάλασσα, i. aqua maris virus non habens. Scribunt alij ἄβρωμος.

* Ἀβροπήνους πέπλους dixit Lycophron, tenuiſsimo filo contexta pepla.

Ἀβροπλούτοις χαίτα, coma molli & opulento ornatu redimita, Euripides.

Ἀβρὸς, ὰ, ὸν, pulcher, venuſtus, delicatus, mollis, imbecillis. Lucianus, ἐν τῷ θεῶν κρίσει, τὰ γὰρ τοιαῦτα κρίνειν, τὸ ἁβρὸν μᾶλλον καὶ ἀστικὸν, &c. Gaza in Catone, καὶ τί ποτ' ἂν ἡ ἀγροτικὴ πῶς ἀβρότερον, ἢ ἐν ὄψει ἐστὶ καλλίστη ζῴων; quid poteſt (inquit Cicero) eſſe tum fructu lætius, tum aſpectu iucundius? Vnde ἁβρὸς λειμὼν, floridum pratum, generoſus hortus. Item præfractus, αὐθάδης. Significat quoque eum qui leui eſt inceſſu, τὸν κοῦφον βαίνοντα: ab α & βάσις: vnde ἄβασις, & ſyncopa ἀβρὸς, vt quidam volunt. Alij malunt cum denſo ſpiritu, ab ἅπτω: vt ſit propriè ἁβρὸς, tener, qui facilè tangi poteſt, ἁπαλός. ἀβρὰ παθεῖν, languere, Plutarch. in Solone. Superlatiuum habet ἀβρότατος, i. excultiſsimus, qui eſt cute bene curata.

Ἀβροσπαγὴς, ἐος, ὁ καὶ ἡ, crapula diffluens, ἀβρογάστωρ.

Ἀβροσύνη, ης, ἡ, alacritas, deliciæ, φαιδρότης.

Ἀβροτάζω, μ. ξω, π. χα, pecco, erro: ab α particula priuatiua, & βροτὸς, homo, mortalis. Propriè de iis dicitur qui collimantes aliquò, à ſcopo aberrant: quaſi τῷ βροτοῦ ἀποτυχεῖν, ὡς ἐν πολέμῳ. Item priuor, deſtituor.

Ἀβρόταξις, εως, ἡ, peccatum, error, ἁμαρτία, διαμάρτησις.

Ἀβρότη, ης, ἡ, conticinium. dicitur autem pro ἀμβρότη, κατὰ παράλειψιν τοῦ μ: παρὰ τὸ μὴ φοιτᾶν βροτοὺς ἐν αὐτῇ: vel ἐν ᾗ βροτὸς οὐ φαίνεται: vel ἀμβρότη παρὰ τὸ μὴ βροτοὶ οὐ φοιτῶσι, Etym.

Ἀβροτήμων, ονος, ὁ καὶ ἡ, peccator, ἁμαρτωλός.

Ἀβρότης, ητος, ἡ, mollities, deliciæ. Eurip. ἐν ἁβρότητι κεῖσαι, licet tibi agere delicatè.

Ἀβροτῆσαι, noctu occurriſſe, νυκτὸς ἀπαντῆσαι.

Ἀβροτίνη, ης, ἡ, peccatrix.

Ἀβροτόνον, vel Ἀβρότονον, nomẽ meretricis eſt apud Lucianum: ab ἁβρὸν, id eſt, τρυφερὸν, quod glabrum ſeu delicatum ſignificat. Apud Plutarch. proprium eſt nomen matris Themiſtoclis.

Ἀβρότονον, ου, abrotonum, herba ſeu planta perpetuò virens, Theophraſt. libro 6. hiſtor. plant. & Dioſcorid. lib. 3. Ἀβρότονον etiam legitur libro 6. Theophraſt. Vnde ἀβροτόνινον μύρον, abrotonium vnguentum, quod ex abrotono conficitur, Dioſcorid. libro 1. & ἀβροτονίτης οἶνος, vinum ex ea planta confectum, Dioſcorid. libro 5. & Columella lib. 12, cap. 35.

Ἄβροτος, ου, ὁ, inhumanus, inanimatus, inſenſibilis. Item immortalis, in Pythagoræ carmine, θεὸς ἄβροτος, minimè homo Deus. ἀβρότη νύξ. Item indemnis, ἀζήμιος. Alij ἄβροτος cum α ſcribunt.

Ἀβροχαίτης, molles capillos habens: epitheton Apollinis, in Epigramm.

Ἀβροχία, ας, ἡ, ſiccitas, hùmoris penuria.

Ἀβροχίτων, ωνος, ὁ καὶ ἡ, molliter veſtitus.

Ἄβροχος, ου, ὁ καὶ ἡ, non madidus, ſiccus. ἄβροχος ἄγκυρα, integra anchora, id eſt, quæ in fluctus nondum iacta eſt. Lucianus in Apolog. περὶ τῶν ἐπὶ μισθῷ συνόντων, μία μοι ἴσως ἐκείνη ἄγκυρα ἔτι ἄβροχος, ὀδύρεσθαι τὸ γῆρας καὶ τὴν νόσον mihi fortaſsis vna illa anchora adhuc ſupereſt integra, deplorare ſenectutẽ, &c. i. illud mihi adhuc ſupereſt, quò poſsim (cõfugere.

Ἄβρωμα, συνδῆμα, mora.

Ἀβρύνομαι, μ. ῦμαι, delicior, glorior, inſoleſco, mihi placeo, θρύπτομαι, delicias facio, magni me facio, in veneratione ſum. Plato in Apolog. ἐγὼ γοῦν καὶ αὐτὸς ἐκαλλυνόμην καὶ ἡβρυνόμην ἄν, εἰ ἠπιστάμην ταῦτα, gloriarer & mihi ipſe placerem, ſi hæc ſcirem. Legitur & Ἀβρύνω, authore Gaza libro 3. Gram. id eſt, orno, λαμπρύνω.

Ἄβρυσος, vel Ἄβροσος, βεβρεγμένος.

Ἀβρώμα, ſtolæ muliebris genus.

Ἄβρωμος, grauiter olens, fœtidus. Nam βρωμᾶσθαι de leonibus, hircis, atque id genus aliis animantibus grauiter olentibus dicitur: & α hîc auget. Item non olens virus, non pecuinoſus, nullum habẽs odoris virus, Dioſcorides libro 4. Etymolog. ἄβρωμοι, οἱ ἄγαν βρωμοῦντες, ὁ ἴσον ἐχοῦντες: παρὰ τὸ βρῶμος, quod τὸν ἦχον ſignificat. ἄβρωμοι ἰχθῦς apud Athenæum identidem, εὔχυλοι, εὔστομοι: his opponuntur βρωμώδεις, q. ſalſuginem marinã redolentes.

Ἀβρομοῦ πήχεις, ου, ὁ, clamoſus, grauiſtrepus, vociferator, Heſychius.

Ἄβρωνος βίος, Abronis vita, prouerbialiter dicitur de molliter & delicioſè viuentibus. Vide apud Eraſmum & Suidam.

Ἀβρῶς, ſplẽdidè, λαμπρῶς, lautè, delicatè, delicioſè, molliter, Aduerbium.

Ἀβρὼς, ῶτος, nõ exeſus, nõ roſus, nõ morſus, in Epigr.

Ἀβρώτη, Abrota, filia OEcheſti, ſoror Megari, & vxor Niſi Megarenſium regis, Plutarch. in Probl.

Ἄβρωτος ſeu ἄβρωτος, cibo inutilis: vt ἄβρωτος ἰχθὺς, piſcis menſæ non aptus, in cibos non admittendus, Gaza, qui non eſt eſui. Item ἄβρωτος, cariem & teredines non ſentiens, non carioſus, non exeſus, Dioſcor. l. 3. ἄβρωτα ἱμάτια, veſtes ab eroſionis vitio vendicatæ, non eroſæ.

Ἀβυδηνὰ, τὰ, futilia ac nulla æſtimatione digna, Eraſ. in prouerbio, Abydena illatio: à nomine ἄβυδος.

Ἄβυδον, ου, τὸ, profundum, βαθύ.

Ἄβυδος, Abydus, vrbs Helleſponti: vnde Ἀβυδόθι, Abydi, in Abydo.

Ἀβυδοκόμαι, οἱ, ſycophantæ, velut κομῶντες, id eſt, efferentes ſe.

Ἀβύρβηλον, multum, vanum, πολὺ, μάταιον, δεινὸν, συρφετῶδες, ἀναίσχυντον, ἰταμές. Et ἀβύρβηλος, μέγας, καταπληκτικός. Dicitur & ἀβίρβηλος pro eodem, Varin.

Ἀβυρτάκη, ης, ἡ, genus edulii barbarici ex porro, cardamo, mali punici granis confectum. vnde

Ἀβυρτακοποιοί, οἱ, qui ciuſmodi eſculenta parant. vide Cæl.lib.14,cap.56.

Ἄβυσσος, ου, ὁ καὶ ἡ, vorago, immenſæ altitudinis aqua: παρὰ τὸ δύω, τὸ ὑπεισέρχομαι: vel ſine mutatione literarum, παρὰ τὸ βύω, βύσω, βέβυκα, βέβυσμαι, βέβυσαι. vnde βυσσὸς καὶ ἄβυσσος, εἰς ὃν οὐδεὶς εἰσέρχεται διὰ τὸ βάθος: vel παρὰ τὸ βύω τὸ καλύπτω, καὶ τὸ α ἐπιτατικὸν, ὁ τόπος ὁ ὑπὸ πλήθους ὑδάτων καλυπτόμενος, Etym. D. Auguſtinus non ſolùm de aqua, ſed de quauis etiam humida natura dici author eſt. Accipitur etiam adiectiuè pro profundus, in immenſum patens, vt λίμνη ἄβυσσος, Ariſtop. & ἄβυσσον πέλαγος, apud Aeſchylum, i. pelagus ita altum, vt fundo vacet, nec ſine periculo maximo nauigetur. ἀβύσσων πραγμάτων πέλαγος, immenſæ profunditatis rerum pelagus. ἀβύσσοισι χάσμασι, Eurip. Eſt & nomen lacus. Item Proſerpinæ ſacellum.

Ἀβώρ, vox, βοή, Laconicè.

Ἄβως, ωτος, ὁ, ſine voce, ἄφθογγος, ἄφωνος.

Ἄβωτος, ου, ὁ, iniucundus, ἀηδής.

Ἄγα, inuidia.

Ἀγάγας, pro ἀγαγών, Phrynic. Participium ab ἄγω.

Ἀγαγεῖν, duxiſſe: ab ἤγαγον 2. Indefinito Attico verbi ἄγω. vnde ἄγαγε, duc, & ἀγάγοιμι, duxiſſem, & ἀγάγω, duxero, & ἀγαγών, όντος, qui duxit. Item ἄγαγον pro ἄγαγε, duc.

* Ἀγάγεσθαι, conducere, Thucyd.

* Ἀγαγὴς, ὁ, ἡ, ſua ſponte ſubiectus, adducens.

Ἀγαγύρτης, ου, ὁ, circulator, ἀγύρτης.

Ἀγάζηλος, ὁ, inuidus, μεγαλόζηλος.

Ἀγάζομαι, & ἀγάζω, μ. σω, triſtor, grauiter fero, noceo, cogo, laboro: item impleo: etiam admiror, veneror, obſecro. Genit. vnde ἀγαζόμενοι, οἱ, admirantes.

Ἀγαθαρχίδης σάμιος, Agatharchides Samius hiſtoricus, qui de rebus Perſicis hiſtoriam texuit, Plutarchus in Parallelis.

* Ἀγαθαρχία, vt διαρχία, &

Ἀγαθαρχία τελεῖ, ſæpius apud Areopag.

Ἀγαθεωρεῖν, cōſiderare, inſpectare, velut ii qui rem diu non viſam inſpiciunt.

Ἀγαθῇ τύχῃ, bene precantis eſt: quemadmodum & Latini dicunt, quod bene vertat, quod fauſtum felixque ſit. vide in ἀγαθός.

Ἀγαθίζομαι, bona dico, ἀγαθὰ λέγω.

Ἀγαθικὸς, ſtudioſus, σπουδαῖος.

Ἀγαθὶς, ίδος, ἡ, glomus, cumulus, aceruus. vnde Prouerbium, ἀγαθῶν ἀγαθίδες, Bonorum glomi, Eraſ. ‖ Significat & τὴν σησαμίδα, ſeſamum, teſte Euſtat. Iliad. ε.

Ἀγαθοδαιμονισταὶ, οἱ, parcè bibentes, ὀλιγοποτοῦντες. vide Chiliad. Eraſm.

* Ἀγαθοειδὴς, ab ἰδεῖν, videre.

Ἀγαθοεργέω, ῶ, bene ago, bene facio, bene operor, Paulus ad Timoth.

Ἀγαθοεργία, ας, ἡ, egregium facinus, beneficium.

Ἀγαθοεργὸς, οὐ, beneficus, bene agēs, benemeritus, Heſiod. ſic dicebātur apud Lacedæmonios ex ciuibus, qui quum militia equeſtri perfuncti eſſent, natu grādiſſimi, quotannis, quo anno ex equitibus Spartiatis exibant, ne torpeſcerent, alii aliò mittebantur, Herodot. lib. 1.

Ἀγαθοθέλεια, ας, ἡ, rerum bonarum electio.

Ἀγαθοποιέω, ῶ, μ. ήσω, benefacio, bene ago, εὐεργετῶ: ſonat autem non ſimpliciter rem bonam facere, ſed bona rē, i. beneficio afficere & prodeſſe. Lucas c. 6. Euāg. ἀγαθοποιῆτε τοὺς ἀγαθοποιοῦντας, bene faciatis bene facientibus.

Ἀγαθοποιΐα, ας, ἡ, meritum, beneficium, benefactum.

Ἀγαθοποιὸς, οῦ, ὁ καὶ ἡ, bonorum effector, benignus, beneficus, munific^9. vnde ἀπόρροιαι ἀγαθοποιοὶ, effluentię benignę, Alex. Aphrod. de ſyderum influxu proſpero.

* Ἀγαθόφρονος, benign^9. & ἀγαθοφρόνως, benignè, Areop.

Ἀρετὴ, ῆς, ἡ, virt⁹, i. recta ratio, probitas, integritas. ab Iſocrate ad Demon. ἡ τῶν τρόπων ἀρετὴ dicitur, i. virtus morū. Plato in Apolog. Socrat. δικαστοῦ γὰρ αὕτη ἀρετὴ, hoc enim iudicis eſt officium. ἀρετὴ πολιτικὴ, ciuilis diſciplina, Plut. in Fabio. αἱ ἀρεταὶ τοῦ χριστοῦ, vires Chriſti, Sic Eraſm. cap. 2, 1. Epiſt. Petri Apoſt. ἀρετὰς ἀπεδείκνυντο, viros fortes ſe præſtabant, præclara facinora edebant. ἀρετὴν ἀποδοῦναι, gratiam referre, Thucydid. παρὰ τὸ αἱρῶ τὸ ἐπιθυμῶ, ἡ αἱρετὴ, καὶ κατὰ μετάθεσιν τοῦ στοιχείου ἀρετὴ, ἡ αἱρετὸς κτῆσις, ἧς ἐφίεται ἢ αἱροῦνται πάντες, ἢ παρὰ τὸ ἀρέσκω, ἡ πᾶσιν ἀρέσκουσα. Accipitur aliquando ἀντὶ τῆς κατὰ πόλεμον δυνάμεως. παρὰ τὸν ἄρην, τὸν πόλεμον: & pro poteſtate, potentia, facultate, robore, & viribus, excellētia & præſtātia in omni re. παρὰ τὸ αἱρῶ τὸ περιποιοῦμαι. Sic Verg. Tunc pudor incendit vires, & conſcia virtus. ἀρετὴ τῆς χώρας, Plut. de Legib. ſoli bonitas, fœcunditas. Significat & ſuperbiam, ὑπερηφανίαν, deſpicentiam deſpectum, gloriam, εὔκλειαν, bonam famam, diuitias, experientiam, καὶ τὸ πλῆθος τῶν ἀρετῶν. Ab hoc nomine deducitur ars artis, vt ſcribit Donatus.

Ἀρετὸς, ὁ, ὁ, placidus.

Ἀρεύσως, abſque corruptione.

Α῎ρη, Martem, pro ἄρεα, Ariſtoph. in Pluto.

Ἀρὴ, ῆς, ἡ, ἀρὰ, execratio, votum, damnum.

Α῎ρηαι, pro ἄρῃ, in ſubiunctiuo primi aoriſti, ἀείρω, ab ἀείρομαι. Heſiod. ἵνα κλέος ἐσθλὸν ἄρηαι, vt gloriam bonam auferas, tollas, reportes.

Ἀρήγω, μ. ήξω, π. ηχα, ab ἄρος, adiuuo, βοηθῶ, auxilior, ſuppetias eo. Xenoph. in OEconom. ἀρήγω τῇ χώρᾳ, tueor regionem. Euripid. in Medea, cum Datiuo & Accuſati. ἀρῆξαι φόνον δοκεῖ μοι τέκνοις, arcere cædem à filiis. Dioſ. li. 1, cap. 102. ἀρήγει ποδαγρικοῖς, podagricis prodeſt. apud eundē l. 4, ca. 43, cum Accuſ. ἀρήγει καὶ ἐπιληψίας, comitialibus prodeſt: niſi fortè legendum ſit ἐπιληψίαις.

Ἀρήγων, ονος, ὁ καὶ ἡ, defenſor, ὁ βοηθὸς, tutor & tutrix.

Ἀρηΐδηλος, manifeſtus.

Ἀρηΐθοος, ου, ὁ, egregius bellator, currēs ad bellū, Etym.

Ἀρήϊος, ου, ὁ, bellicoſus, πολεμικὸς, martius, Etymol.

Ἀρηΐφατος, ου, ὁ, vel Ἀρηΐφαντος, in bello necatus, à verbo φάω, pro φονεύω.

Ἀρηΐφιλος, ου, ὁ, Marti amicus, bellicoſus, πολεμικὸς, Odyſſ. ο, ἀρηΐφιλος Μενέλαος.

Ἀρημένος, detentus, læſus: εἴρηται ἀπὸ τοῦ ἀρημένος, Etym.

Ἀρὴν, in Genitiuo, ἀρνὸς per ſyncopen, agnus, ouis ſacrificio apta. παρὰ τὸ ἀρὰ ἡ εὐχή: τὸ ἐπιτήδειον εἰς εὐχὴν παρέχεσθαι. Etym. Dicitur etiam ῥὴν abiecto α.

Ἀρήνη, ἡ, ciuitas vel vrbs Meſſenæ, παρὰ τὸ ἀρῶ, ἀρήνη αὐτῇ εὐπορίας γὰρ, ſic Orus, Etym.

Ἀρηνόθεν, Aduerbium, ex arena: ſic Orus Etym.

Α῎ρηξις, εως, ἡ, auxilium, βοήθεια.

Α῎ρηος, audax, bonus.

Α῎ραρε, μέσ. παρ. ab ἄρω, Atticè pro ἦρε, cōgruit, coagmētatus eſt, compactus eſt, aptè cohæſit, ἥρμοσε. Apoll. cum Datiuo, ἄλλος ἄραρεν ἄλλῳ, i. συνήρμοσε, cohæret. aliquando Act. cum Accuſ. Hom. Odyſſ. ε, γόμφοισιν δ' ἄρα τήνγε καὶ ἁρμονίῃσιν ἄραρε, compegit. ἥρμοσε. Datiuo autem Iliad. γ, ὅ οἱ παλάμηφιν ἀρήρει, i. ὃ αὐτῷ τῇ χειρὶ ἥρμοσε: vnde ἀρηρὼς, i. ἡρμοσμένος. Heſiod. ῥίζῃσιν ἀρηρὼς, hærens radicibus. Item pro decretū & ſtatutū eſt apud Euripid. & in Epigram.

Ἀρηρὼς, ότος, in Epigram. quadrans, coagmentatus, cōmiſſuris accuratus, diſpoſitus.

Α῎ρης, εος, vel εως, vel ητος, Mars. παρὰ τὸ ἀρὰν τὴν βλάβην, ἢ βλάβην ἐν πολέμῳ. ἢ παρὰ τὴν χαρὰν, χάρης, καὶ ἀποβολῇ ἄρης. ἢ παρὰ τὸ ἀείρω, ὁ κουφίζων καὶ μεγαλύνων τοὺς ἄνδρας. ἢ παρὰ τὸ αἱρῶ τὸ ἀναιρετικὸς, αἵρης, καὶ ἀποβολῇ τοῦ ι. ἢ παρὰ τὸ ἄρω, ἀρείης καὶ συγκοπῇ ἄρης, ἵν' ᾖ ξιφοφόρος θεός. ἢ παρὰ τὸ ῥῶ γίνεται ῥῆς, καὶ μετὰ τοῦ στερητικοῦ, ἄρης. παρ' ὃ οὐκ ἔστι διαλέγεσθαι. ἢ παρὰ τὸ ἀρῶμαι, ἵν' ᾖ ἀάρης, καὶ ἄρης, ſic Herodianus & Apoll. ἄρης, filius eſt Iunonis & Iouis vt ſcribit Heſiod. vnde ἀρηϊάδης, Martis filius: vnde apparet etiam ἄρητος eſſe in Genit. Significat etiam bellum & ferrum, peſtem & interitū, λοιμὸν, θάνατον, vulnus plagáq́; cuiuſmodi exēpla apud poetas inuenire eſt. Hom. Iliad. β, ξυνάγειν ἄρηα, i. τὸν πόλεμον. Pro cæde & Marte Sophoc. πεφόβημαι λεῦσιμον ἄρην, i. φόνον. Ariſtoph. in Plut. ἄρη dixit pro ἄρεα. βλέπειν γὰρ αὐτίκα δόξεις μ' ἄρη, i. Martem.

Ἀρητάδης κνίδιος, Aretades Cnidius, hiſtoric⁹, qui ſcripſit de rebus Macedonicis & Inſulanis, Plut. in Parall.

Ἀρήτειρα, ας, ἡ, ſacerdos fœmina, ἱέρεια, prima lōga Muſ.

Ἀρητὴρ, ῆρος, ὁ, ſacerdos, cultor, quaſi precator: ἀραὶ enim preces dicuntur. ἢ παρὰ τὸ ἄρειν τὰς χεῖρας εἰς ὕψος. ἢ παρὰ τὸ ἀρέσκειν τῷ θεῷ. Hom. Iliad. α, ἠτίμησ' ἀρητῆρα, prima longa.

Ἀρητήσιον, τὸ, locus Athenis à Theſeo Athenienſes deuouente dictus, Etym.

Ἀρητιάδης κύκνος, dicitur ab Heſiodo, Cygnus Martis filius, de clypeo Herculis.

Ἀρητιὰς, martia, bellicoſa. Apoll. 2, ἀρητιάδα μυκαλίζειν.

Ἀρθεὶς, eleuatus, elatus, euectus, ſublat⁹, remotus, μετεωρισθεὶς, ſuſpectus. vide αἴρομαι. ἀρθεὶς ταῖς ἐλπίσιν, in ſpem ſublatus. ἀρθείσης τῆς τραπέζης, ſublata menſa.

Α῎ρθητι, ſurge, erige te: à verbo αἴρω.

Ἀρθμέω, μ. ήσω, π. ηκα, amo, concordo.

Ἀρθμία, ας, ἡ, amicitia, tranquillitas, concordia, pax.

Ἀρθμιάδας, Arthmiadas, propriū viri Spartani, ſocii Lycurgi in ferendis legibus, Plut. in Lycurgo.

Α῎ρθμιος, ου, ὁ, ſocius, amicus, concors, cōfœderatus, ama

bilis, adiunctus nobis conſenſu. Herodot. ἀθηναίων μὲν ἐόντων ἡμῖν ἀρθμίων, τοῦ δὲ βαρβάρου συμμάχων. Idem, ἄρθμια ἦν σφι ἐς ἀλλήλους, in eis fuit mutua beneuolentia.

Ἄρθμιος ὁ ζηλείτης, Arthmius Zelites, de quo Plutarch. in Themiſt.

Ἀρθμὸς, οῦ, ὁ, concordia, fœdus, amicitia, φιλία, ἀρθμὸς ὁμοφροσύνης, fœdus concordiæ.

Ἀρθρίμβολα, τὰ, ὄργανα τιμωρητικὰ παρὰ τὸ ἐξάρθρου τὰ ἰμβάλλειν, inſtrumenta ſuppliciis deſtinata, & quæſtionibus Etymolog.

Ἀρθριτικὸς, articulari morbo laborans, articularis, Dioſcorid. lib. 1, cap. 102.

Ἀρθρικὸς, articularis, articulorum morbo laborans.

Ἀρθρῖναι, αἱ, crabrones. Sic apud Ariſtot. lib. 5. Animal. legitur, & cap. 9, lib. 3. de Generat. Animal.

Ἀρθρῖτις, ιδος, morbus articularis, Dioſc. lib. 4, cap. 70. aliquando νόσος additur. Herodian. li. 3, καὶ ὑπὸ τῆς ἀρθρίτιδος νόσου κάμνων.

Ἄρθρον, ου, τὸ, articulus, iunctura, genitale, ſciſſura. Ariſtotel. de ſciſſuris volæ manus, libr. 1. Animal. explanatio. Dicitur παρὰ τὸ αἴρω, ἢ παρὰ τὸ ἄρω τὸ ἁρμόζω, Etym. Dioſcorid. lib. 1, cap. 134, ἄρθρα λελυμένα ἵστησι, articulos ſolutos ſiſtit, ſolutos artus committit. ἐν τοῖς ἄρθροις φωνὴ, vox explanata, Gaza. Herodot. ἄρθρον τῆς ἵππου ἐπιψαύων, equæ genitalia attrectans. ἄρθρον τῆς φωνῆς ποιεῖν, vocis articulum afformare, Ariſtot. lib. 4. Animal. ἀρθρων ἀλγήματα, dolores articulares, lib. 1. Dioſ. ὁ λύων ἄρθρον συνηθείων, Eurip. alternos paſſus promouens. Sophoc. ἄρθρα ποδοῖν, articuli pedum.

Ἀρθρόω, ῶ, ώσω, πέπωκα, formo, concinno, articulo, coarcto & compinguo: ſic Gaza vertit. vnde ἀρθροῦν τὴν φωνὴν Xenoph. id eſt, vocem articulatam edere. Nicomachus lib. 1. Arithm. pro explano capit. ἀκριβῶς διελεῖν καὶ ἀρθρῶσαι τὰ τοῖς οὖσι συμβεβηκότα, articulatè deſcribere.

Ἀρθρώδης, οἱ, articuloſi. Ariſtot. de Icone, καὶ ὅλον τὸ σῶμα ἀρθρῶδες καὶ νευρῶδες, &c.

Ἀρι, ἐπιρρηματικὸν, & nihil niſi in cõpoſitione ſignificat. Eſt autem particula augens dictiones, vt ἀρίπικρος, valde amarus.

Ἀριάδνη, Ariadne, Minois filia, Bacchi vxor, vt ſcribit Heſiodus in Theog. vnde poſſeſsiuum, ἀριαδνεῖος in Epigram. ἀριαδνείων λεχέων.

Ἀριαμένης, Ariamenes, frater Xerxis, Plut. de fratern. charit. qui eius ναύαρχος fuit, Idem in Themiſt.

Ἀριβαλλίδα, λήκυθον, δίφρον, Etym.

Ἀριγκύμων, quæ ſtatim grauida eſt facta, ſed ἀρικύμων, fœcunda.

Ἀρίγνωτος, ου, ὁ, clariſsimus, valde notus, διάδηλος.

Ἄριγος, ου, à frigore tutus.

Ἀρίδα, à quibuſdam herba nominatur, quæ & ἴχιον dicitur, Dioſc. lib. 4, cap. 28.

Ἀριδακρυες, καὶ

Ἀρίδακρυς, υος, ὁ, ad lachrymas propenſus.

Ἀριδάκρυτος, ου, ὁ, multum lachrymabilis.

Ἀρίδες, in Epigr. genus eſt terebri, terebra quædam.

Ἀριδαῖος, Ariddæus, proprium viri. aliâs ſcribitur ἀρριδαῖος: de quo Plut. de fort. Alex.

Ἀριδείκετος, ου, ὁ, clarus, manifeſtus, inclytus. παρὰ τὸ δεικνύω. Heſiod. in Theog. ἀριδείκετα τέκνα. habet aliquando vim ſuperlatiui. Idem, ἱππηπολίδη πάντων ἀριδείκετ' ἀνάκτων.

Ἀρίζηλος, ὁ καὶ ἡ, præclarus, pro ἀρίδηλος, inclytus, clarus, illuſtris. Heſiod. ῥεῖα δ' ἀρίζηλον μινύθει, καὶ ἄδηλον ἀέξει. ſunt qui ἀρίζηλον deducunt à ζῆλος, vt is ἀρίζηλος dicatur, qui dignus eſt æmulatione & imitatione. Hom. Iliad. β, τὸν μὲν ἀρίζηλον θῆκεν θεὸς, διάδηλον, φανερὸν, inſignem, manifeſtũ θαυμαστόν.

Ἀριζήλως, clarè, manifeſtè, in Epig. ſtudioſè & æmulè ſeu valde æmulando.

Ἀριζήλωτος, ου, æmulandus maximè, Ariſtoph.

Ἀριήκοος, obediens, acutè audiens. Nonnus, φθογγῆς ἤπιος ἀριήκοα.

Ἀριηρὸς, ὁ καὶ ἡ, difficilis, χαλεπὸς, 1 & 2 breuibus apud Theocritum, alias ſecunda longa.

Ἀριθμέω, ῶ, ήσω, πέπωκα, numero, ineo numerum, cenſurã perago. εἰς ἓν ἀριθμουμένους, vno numero copulatos, Nazanzen. Idem, εἰς θεοῦ παρατάξιν ἀριθμήσῃ, in Dei acie connumereris. ἀριθμοῦμαι ἐν γράμμασι, inter literas numeror, Lucianus. Theocritus, μακάρεσσιν ἀριθμεῖται. inter beatos numeratur. Interdum pro cenſeo, duco, habeo, puto. Demoſthen. τοῦτο ἐν εὐεργεσίας ἀριθμήσει μέρει. Sic Cicero in Epiſtol. Qualem me & eſſe & numerari volo. Idem, Ne id in mercedis potius quàm in beneficii loco numerare videatur, Actiu. Bud. Comment. ἀριθμοῦμαι in voce paſsiua, idem ſignificat.

Ἀρίθμησις, εως, ἡ, numeratio, enumeratio.

Ἀριθμητικὸς, numeralis, ſcientiæ numerorũ profeſſor. ἀριθμητικὸς λόγος, ratio numerorum: vnde ἀριθμητικὴ, ars numerandi, arithmetica.

Ἀριθμητὸς, οῦ, numerabilis, adnumeratus.

Ἀριθμὸς, οῦ, ὁ, numerus. ἀριθμοὶ dicuntur numeri, id eſt, plenitudo & omnium rerum cõplexio. παρὰ τὸ ἄρω, τὸ ἁρμόζω, ἀρμὸς, καὶ πλεονασμῷ τοῦ θ καὶ ι, ἀριθμὸς, Ety. prima longa. ἀεὶ θ μὲν αὐτὸ τὸ παραλαμβάνει πυθαγόρας, Plut. ὁ ἑπτὰ ἀριθμὸς ſeptenarius numerus, & ὁ δέκα, denarius, ὁ ὀκτὼ octonarius, ἑνδεκα καὶ δώδεκα, dicitur ab Alex. Aphr. libr. 2. Probl. ἀριθμὸς, numerus, nulli⁹ bonę rei homines prouerbio dicuntur. Ariſtoph. νεφ. ὄντες λίθοι, ἀριθμὸς, πρόβατα, Horat. Nos numerus ſumus, & fruges conſumere nati. paſsim iungitur Accuſatiuus ἀριθμὸν, cum nominibus numeralibus, vt apud Plat. νομοφύλακας ποιήσασθαι ἀριθμὸν τριάκοντα καὶ πέντε, numero 35.

Ἄριμα, id eſt, vnum, apud Scythas, Herodot. li. 4: item mons Pallicіæ.

Ἀριμάνιος, Arimanius, Deus quẽ Xerxes inuocaſſe dicitur poſt acceſſum ad ſe Themiſtoclis, & imploraſſe vt eandem mentem reliquis optimis Grecorum viris daret ad ſe tranſfugiendi, Plut. in Themiſt.

Ἄριμον, ου, τὸ, mons Ciliciæ.

Ἄρινες, οἱ, non ſagaces.

Ἀρινὸς, pro ἰαερινὸς, in Epigram.

Ἀριοβαρζάνης, Ariobarzanes, Darii filius, qui quum patrem proditurus Alexandro eſſet, à patre eſt obtruncatus, Plut. in Parallel.

Ἀριπρέπεια, decor quo quis clarus efficitur.

Ἀριπρεπέως, maximè decenter.

Ἀριπρεπὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, præclarus, præſtans, decorus.

Ἄρις, ιος, ὁ, naſo carens.

Ἀρὶς, ίδος, ὁ, inſtrumentum fabrile, καὶ ἀρίδες αἱ μετὰ κοντοῦ τρυπαί.

Ἀρίσαρον, Ariſaron, genus herbæ, de qua Dioſcor. lib. 2, cap. 20.

Ἀρίσβη, ἡ, nomen vrbis ſic dictæ ab Ariſba filia Teucri Etymologic.

Ἀρισκύδης, valdè indignans, σκύζω γὰρ τὸ ὀργίζομαι. ſic Artemidorus, Etym.

Ἄριστα, τὰ, optima: & optimè, præclariſsimè, ὠφελιμώτατα, commodiſsimè, ſtrenuiſsimè, Aduerbium. ἄριστα ἤθους ἔχει, optimè moratus eſt.

Ἀρίσταθλος, optimè decertans, in Epigr. de Hercule.

Ἀρισταῖος, Ariſtæus, maritus Antinoes filiæ Cadmi & Harmoniæ, Heſiod.

Ἀρισταρχεῖον, templum eſt Elis Dianæ ſacrum.

Ἀρισταρχέω, optimè impero, optimè gero magiſtratum, Ariſtot. lib. 2. Polit.

Ἀρίσταρχος, Ariſtarchus, philoſophus, de quo Plutar. de placitis. Item quidam Theſſalonicenſis, comes Pauli Apoſtoli, cap. 19. Act. Apoſt.

Ἀριστάω, ῶ, ήσω, πέπωκα, prandeo. Ariſtoph. μετ' ἀριστοῦ ἐθέ θυμεῖς.

Ἀριστέας, ου, ὁ, προκοννήσιος, Ariſteas Prœconeſus, quem tradunt

tradunt in fullonaria taberna oppetiſſe mortem, & poſt peregrè quoſdam redeuntes in illum Crotonam euntē incidiſſe, Plutarch. in Romulo.

Ἀριστεία, ας, ἡ, ſtrenuitas, fortitudo, præclare factum, virtus, ἀνδραγαθία, præclarum militiæ facinus. Sophocles, χρίνειν ἔμελλε κράτος ἀριστείας πέρι, &c. ἀριστείας ἀγωνίαν γίνεσθαι, in certamen deſcendere, Idem. In Epigramm. ἀριστείας σύμβολα δηιοτήτων.

Ἀριστείδης, ου, ὁ, Ariſtides, proprium nomen viri Athenienſis, innocentis & iuſti. Fuit & Ariſtides Mileſius quidam hiſtoricus, à quo materiā accepit Dionyſ. Siculus, Plutarch. in Parallel. ἀριστείδης ὁ λυσιμάχου, Ariſtides Lyſimachi filius, aduerſans Themiſtocli, Plutarc. in Themiſtocle.

Ἀριστεῖον, ου, τὸ, præmium quod dari ſolebat iis qui ſe optimè geſſerant in bello, ° præmium etiam eorum qui optimi iudicati ſunt viri, apud Plato. l. 12. de Leg. Dicitur eadem forma, qua καλλιστεῖον. γέρας ἀριστεῖον, præmiū virtutis, Plutarch. in Teſeo. σοφίας ἀριστεῖον, ſapiētiæ premium, Idem in Themiſtocle. οἱ τὰ ἀριστεῖα εἰληφότες, optimates, Plato de Legb.

Ἀριστερά, ᾶς, ἡ, ſiniſtra, εὐώνυμος, κατ' εὐφημισμὸν, Etym.

Ἀριστερός, ά, ὸ, ſiniſter, εὐώνυμος, κατ' εὐφημισμόν. ἐπ' ἀριστερὰ χειρῶν, ad ſiniſtram manum, Apollon. lib. 2. Item apud Hom. ἐπ' ἀριστερὰ χειρός. ἐπ' ἀριστερά, pro ἐπὶ τὰ ἀριστερὰ μέρη, Hom. Iliad. ε. ἐν ἀριστερῷ, ſiniſtrorſum. εἰς ἀριστερά, ſiniſtrorſus, Gaza. Herodot. ἀριστερῆς χειρὸς ἐσιόντι, ad ſiniſtram manum intranti. ἀριστερὰ veteres vocabant τὰ μωρά, quemadmodum cōtrà δεξιὰ, τὰ συνετὰ, vt annotat Sophoclis interpres enarrans illud in Aiace, οὔποτε γὰρ φρενόθεν γ' ἐπ' ἀριστερὰ, παῖ τελαμῶνος, ἔβας.

Ἀριστεύς, έως, ὁ, vir fortis, ὁ ἐν τῷ πολέμῳ ἄριστος, victor, ſtrenuiſſimè ſe in bello gerens: nam vim habet Superlatiui. Ho. Iliad. α, λόχονδ' ἰέναι σὺν ἀριστήεσσιν ἀχαιῶν, i. cum his ἀρίστοις ἡγεμόσι, &c. Dicitur & de malis. Ody. ο, μνηστήρων σ' ἐπιτηδὲς ἀριστῆες λοχόωσι, i. primarii & proceres, ſeu optimates.

Ἀριστευτικός, ή, όν, ſtrenuus.

Ἀριστεύω, μ. σω, optimè me gero, præſertim in bello aut certamine, ° ſum optimus omniū: Genit. iungitur. Lucian. ἐν τοσούτῳ δὲ ὁ ἀρχιδάμας ἠρίστευε τοῦ ζῆν ἀφειδῶς συμμαχῶν, i. ſtrenuum virum ſe præſtitit. Sic καλλιστεύω. Sopho. in Aiace cū Accuſ. τὰ πρῶτα καλλιστεῖ' ἀριστεύσας στρατῷ, i. prima præmia meritus, vel ἔπαθλα τῆς ἀριστείας εἰληφώς. Ibidē, ὅστις στρατῷ τὰ πρῶτ' ἀριστεύσας, ἐμὴν ἔχει ξυνάορον μνηστῆρα. Plutarc. in Solone, ἀριστεύω ὑπὲρ τῆς πατρίδος, pro patria ſtrenuè pugno. Naz. ἀριστεύω κατά σου, fortiſſimè pugno aduerſus te. ἀριστεύων τῶν βαρβάρων, bellaciſſimus barbarorū, Plutarc. in Numa. ἀριστεύω σου κάλλει, pulchritudine te preſto ſeu tibi. Theocrit. ἀριστεύοντας ἐρετμοῖς, i. præſtantes remis ſeu remigio.

Ἀριστήϊον, pro ἀριστεῖον, primæ partes, apud Herodot.

Ἀριστητικός, ὁ ἔθος ἔχων ἀριστᾶν, conſuetudinem habens cōuiuandi, prandendi, Etym.

Ἀριστίζω, μ. ίσω, πα ικα, præbeo prandium, ψίφω, ἄριστον παρατίθημι.

Ἀριστίνδην, ἐκ τῶν ἀρίστων ἐκλεγομένων: vnde ἀριστίνδην, electim, habito virtutis reſpectu, de optimis: vt ἀριστίνδην δικάζοντες, optimates electi iudicantes. Ariſtot lib. 2. Politic. ἀριστίνδην καὶ πλουτίνδην δεῖ αἱρεῖσθαι τοὺς ἄρχοντας, i. decet optimos & opulētos deligere magiſtratus. Plat. de Leg. ἀριστίνδην ἀποκεκριμένον ἐκ τῶν πρυτανευσάντων, optimus quiſque ex eorum numero electus, qui anno proximè præterito functi magiſtratibus fuerunt.

Ἀρίστινος, Ariſtinus, proprium viri, Plutarc. in Probl.

Ἀριστίων, Ariſtio, tyrannus, quem fuiſſe reip. ſuæ & ciuitati morbum & vomicam, Plutarch. ait in Polit.

Ἀριστόβουλος, ου, ὁ, optima conſulens. Item ἀριστόβουλος, Ariſtobulus hiſtoricus, qui res Italicas cōſcripſit, Plutar. in Parallel. & de fort. Alexand.

Ἀριστογείτων, ονος, ὁ, Ariſtogiton, propriū viri Athenienſis, cui erectā fuiſſe æreā ſtatuam, Plutar. in mor. ſcribit.

Ἀριστόθαλλος χῶρος, in Epigramm. locus in quo naſcuntur optimi.

Ἀριστόγονος, optimæ prolis parens, Nonnus.

Ἀριστόδειπνον, ου, τὸ, prandium cœnæ coniunctum.

Ἀριστόδημος, Ariſtodemus, Athenienſis quidam, de quo Plutarch. in opuſ. Scripſit collectanea fabularum, vt citatur à Plutarch. Fuit & tyrannus huius nominis, cognomento μαλακός, Plutar. de virtut. mul.

Ἀριστόδικος, Ariſtodicus, ciuis Cirnæus AEolidis, Herodot. ἀριστόδικος ὁ ταναγρικὸς, Ariſtodicus Tanagricus, percuſſor Ephialtis Athenienſis, Plutarc. in Pericle.

Ἄριστοι, οἱ, optimates, primates, viri præcipui, preſtātes.

Ἀριστόκλεια, Ariſtoclea, proprium puellæ, Plutarch.

Ἀριστόκλειτος, proprium cytharœdi, Ariſtoph.

Ἀριστοκλῆς, Ariſtocles, hiſtoricus qui res Italicas conſcripſit, Plutarch. in Parallel.

Ἀριστοκρατία, ας, ἡ, optimatū ſtatus, quando optimates rempub. gubernant: cui opponitur δημοκρατία.

Ἀριστοκρατέω, μ. ήσω, πα ηκα, optimè impero,

Ἀριστοκράτης, in accuſat. ἀριστοκράτη, Ariſtocrates, filius Hipparchi, Spartanus hiſtoricus, cuius obiter meminit Plutarch. in Lycurgo.

Ἀριστοκρατικός, ή, ὁ ſtudioſus eius ſtatus reip. qui dicitur principatus optimatum, optimatum ſtatum fouens, ſenatorius. ἀριστοκρατικὴ πολιτεία, optimatum reſpub. Ariſtot. lib. 2. Politic. ἀριστοκρατικωτέρα πολιτεία, reſpub. quæ ſit magis optimatium.

Ἀριστοκρατικῶς, pro ſtatu optimatum, Cicero ad Attic.

Ἀριστοκρατοῦμαι, in optimatium ſtatu & regimine viuo, ab optimis regor, ab optimatibus gubernor, Plato lib. primo de Repub.

Ἀριστολοχία, ας, ἡ, herbæ genus. Plin. lib. 25, c. 8, inter nobiliſſimas ariſtolochiæ nomen dediſſe grauidę vidētur, quoniam eſſet ἀρίστη λοχώμενος. Noſtri malum terræ vocāt.

Ἀριστομένης, Ariſtomenes, Ptolemæi præceptor, qui ab eo venenum ebibere iuſſus eſt: cauſam vide apud Plutarch. in Moral. Item vir quidā Meſſenius, qui dicitur trecentorum à ſe cæſorum ex Lacedæmoniis victimas immolaſſe, Plutarch. in Romulo.

Ἄριστον, ου, τὸ, prandium: ſic nuncupatum, quaſi ἀέριστόν τι ὄν. ἄέριον γὰρ τὸ πρωΐ: vel quod in bellum pergentibus, id eſt, πρὸς τὸν ἄρη, conuiuium apparari ſolet, Etymolo. Athenæus & Plutarch. nihil differre putant τὸ ἀκράτισμα, niſi quòd illud à meracius potandi conſuetudine nomen inflectere coniectent, quòd panis buccella mero tingeretur: hoc autem διὰ τὴν ἐν ἀρίστῳ ὥραν, id eſt, à matutina hora. Vnde Eumæū ſcribit Homer. ἄριστον παράσσε ᾶ μ' ἅμ' ἠοῖ φαινομένηφι, i. quo tempore aurora exoriebatur. vel à precibus, quæ à Græcis ἀραὶ dicuntur: non enim veteres ſine deorum precibus ad prandium accedebant. ἄριστον ποιοῦνται, prandent, Thucydid.

Ἄριστον, prima breui, adiectiuum eſt ſuperlatiui grad°, generis neutrius, ab ἀγαθὸς, ſignificátque optimum, commodiſſimum, præſtantiſſimum, bellicoſiſſimum.

Ἀριστονομία, optimatiumimperium.

Ἀριστόνοος, qui mente eſt optima, beneuolentiſſimus.

Ἀριστόξενος, Ariſtoxenus, proprium nomen ſcriptoris, Plutarch. in Lycurgo.

Ἀριστοποιέω, μ. ήσω, πα ηκα, prandium facio, cibum apparo, Xenoph. Significat autem tam cœnam mihi apparo, epulor in cœna, quàm cœnam alicui apud me condico. οἱ ἀριστοποιούμενοι, pranſi.

Ἀριστοπόνος, ὁ καὶ ἡ, optimè laborās, Phocyl. epithet. apis.

Ἄριστος, ου, ὁ, optimus, commodiſſimus, fortiſſimus, κυρίως ὁ ἐν πολέμῳ ἰσχυρὸς, καταχρηστικῶς δὲ καὶ ἐπὶ παντὸς προκρινομένου, Etym. ἐν τοῖς πολεμικοῖς ἄριστος, in rebus bellicis clariſſimus, Plutarch. in Publicola.

Ἀριστοτέλης, Ariſtoteles, filius Nicomachi, Stagirites philoſophus, qui rērum initia poſuit ἐντελέχειαν, ſiue

ſpeciem, materiam & priuationẽ, Plutarch. de Placitis.

Ἀριστοτέχνης, ου, ὁ, præſtans artifex, Nazanz. de Deo.

Ἀριστότιμος, Ariſtotimus, tyrannus qui aduerſus Elienſes bellum geſsit, Plutarch. de virtut. mulierum.

Ἀριστότοκος, ὁ ᾗ ἡ, qui optimos parit.

Ἀριστοφάνης, Ariſtophanes poeta comicus, quem fuiſſe μίλιον refert Stephanus. Euripidem vti ore rotundo & cultu orationis dixit in Ranis, Plutar. de poetis audiẽd.

Ἀριστοφόρον, vas in quo prandium fertur, diſcus.

Ἀριστοφῶν, Ariſtophon, cuius accuſatione Timotheus exulauit, Plutarch. de exilio. Item qui Philoctetem moribundum deſcripſit, Idem de poetis aud. hic Iphicratẽ oratione ſuperauit, Idem in Polit.

Ἀριστόχειρ, ſtrenuus manibus, à Sophocle dicitur in Aiace ἀριστόχειρ ἀγὼν, i. ὁ κρίνων τὸν ἄριστον κατὰ τὰς χεῖρας, certamen quo cognoſcitur qui maximè ſit manu ſtrenuus.

Ἀρίστυλλα, Ariſtylla, proprium mulieris, ad quam ſcripſit Timochenes præcepta connubialia, Plutarchus in connub. præcept.

Ἀρίστυλλος, ὁ, nomen diminutiuum ab Ariſtocle, apud Ariſtophan. ſic Herodianus. διοξύνει, ᾗ ἀριστοφάνης ἐν πλημ... αὐτὴ τὸ ἄριστος χρώνται, Etymol.

Ἀριστώδινες ἀδῖνες, in Epigram. quæ pariunt ſtrenuos filios, Ibidem ἀριστώδινος ἰσοίας.

Ἀρίστων, ωνος, ὁ, Ariſto, Philoſophus Peripateticus, qui librum nomine Lyconem ſcripſit, Plutarch. de poetis. Item Ariſto pater Platonis: & vir quidam Lacedæmonius, de quo Plutarch. in Apophth. Lacon.

Ἀρίστων ἀριστώνυμος ἐφέσιος, Ariſto Ariſtonymus Epheſius, Demoſtrati filius, qui muliebrem ſexum odio grauiſsimo proſecutus eſt, Plutarch. in Parall.

Ἀριστῶν, prandens, ab ἀριστάω.

Ἀριστητός, ἡ, tempus prandii.

Ἀρισφαλεῖς, οἱ, valde lubrici, fallaces, dubii.

Ἀρισφαλεῖς, οἱ, facilè decepti, vel decipiendi.

Ἀριφραδὴς, έος, ὁ ᾗ ἡ, valde manifeſtus, inſignis, Etym.

Ἀρίφρων, ονος, ciuis Athenienſis Xantippi filius, Plutarch. in Alcibiade.

Ἀρκαδία, ἡ, Arcadia, proprium mulieris, matris Philonomes, Plutarch. in Parall.

Ἀρκεῖον, perſonatia aut pernatam lapam vocant Romani: eadem προσωπὶς ſiue προσώπιον dicitur, Dioſcorid. lib. 4. cap. 107.

Ἄρκειος, ου, ὁ, vrſinus. ἐκ λίπους ἀρκείου, ex adipe vrſino.

Ἀρκείσιος, ὁ, nomen Herois aui Vlyſsis. παρὰ τὸ ἀρκέω, ὡς ... ἀριστοτέλης δὲ λέγει ἀπὸ ἄρκτου ὀνομασθῆναι, Etym.

Ἀρκέομαι, ῦμαι, contentus ſum, acquieſco in, mihi ſatisfacit, mihi ſatis eſt, Depon. Datiuo, Plutarch. ἀρκεσθεὶς τούτοις, his contentus: & Alexand. Aphrod. ἀρκεσθέντες τῷ ... ἀρκοῦνται τῇ τέχνῃ, arte ſunt cõtenti, Chryſoſt. ... ἀρκούμενοι τοῖς παροῦσι, contenti iis quæ adſunt, Paul. ad Hebræos cap. 13. ἀρκείτω κατακρύπτειν, ſatis ſit occulere, Xenophon. Sophocles cũ participio, ἀρκείτω μένων, ſit ſatis eum manere.

Ἀρκεσίλαος, Arceſilaus, filius Batti, tyrãnus Cyrenæorum, qui interfectus eſt à Laarcho, Plutarch. de virtut. mulier. Fuit item huius nominis philoſophus princeps mediæ Academiæ, qui nihil ſcripſit, vt tradit Plutarch. de fortuna Alexandri. eius liberalitas erga Apellem Chium morbo & paupertate preſſum, commendatur, Plutarch. de Mor.

Ἀρκέσιον, τὸ, antrum Idæ Creticæ, παρὰ τὸ ἀρκέσαι τὸ βοηθῆσαι, id eſt, iuuare, abſcondere: in eo enim Curetes abſconſi fuerant, Etym.

Ἀρκετὸς, οῦ, ὁ, ſufficiens. ἀρκετόν, ſatis eſt, in Epigramm.

Ἀρκεύθινος οἶνος, vinum iuniperinum, ex iunipero confectum, Dioſc. lib. 5. cap. 37. Lib. 3. Reg. cap. 6. ἀρκεύθινα ξύλα, vbi eſt Latinè, ligna oliuarum.

Ἀρκευθὶς, ίδος, ἡ, bacca iuniperi, quæ maturitate nigreſcit. Dioſcorid. etiam ipſam arborem ἀρκευθίδα vocat. Marcellus adnotat Nicandrum poetam κεδρίνου ἀρκευθίν, i. cedri baccam dixiſſe pro κεδρίδα, inquiens Nicandri interpretem teſtari, ἀρκευθὶν vocari fructũ cedri, quoniam & arbor ipſa ἄρκευθος quandoque dicta ſit: qua voce in iunipero poſteriores tantùm vſi ſunt.

Ἄρκευθος, ου, ἡ, iuniperus: Apollini ſacra eſt. παρὰ τὸ τὰ ἑρπετὰ ἀρκεῖν: eius odorem enim reptilia omnia auerſantur: ἢ διὰ τὸ ἔχειν ἀκάνθας κατακεκαυμένας, Etym.

Ἀρκέω, ῶ, f. έσω, π. εκα. ſufficio, par ſum, adiuuo, βοηθῶ, opẽ fero, dono, præſto, ſubminiſtro, auerto, prohibeo, defendo, ἀπομύνω. Accuſat. οὐκ ἀρκῶ τὸ μὴ θανεῖν, opem mihi afferre nequeo ne non moriar, Sophocl. ὡς οὐκ ἀρκέσοι τὸ μὴ οὐ πέτροισι πᾶς καταξανθεὶς θανεῖν, vt non par eſſet futurus, quin lapidibus totus diſcerptus interiret, Sophocl. ... χεῖρες ἀρκέσαι ὑμῖν, i. ἐπαρκέσαι ... διὰ τῆς χειρὸς, ὑπερτεῖναι, δέξασθαι, ποιῆσαι. Iliad. ζ. ἀλλ' οὐ οἱ οὔτις τῶν γε τότ' ἤρκεσε λυγρὸν ὄλεθρον. Plato 2. de Repu. πῶς ὁ πένης ἀρκέσει ἐπὶ τοσαύτην παρασκευήν; i. ſatis erit inſtructa vt talia ſibi comparet? quomodo par erit tali apparatui? ἀρκέσω σοι, ſum tibi par. Sophocl. ἀρκεῖν φίλοις, opem ferre amicis. Chryſoſt. οὐκ ἀρκῶ πρὸς τὸν τοῦ πράγματος ὄγκον. Idem, οὐκ ἂν ἤρκεσαν ἀπολογούμενοι, non ſatisfeciſſent ad reſpondendum. Dioſcorid. lib. 2. cap. 94. τινὲς ἐνὶ τούτων ἀρκοῦσι τῇ χρήσει, quidam vno eorum contenti ſunt ad vtendum. καὶ οὐδὲ ταῦτά σοι ἤρκεσε, ne his quidem contentus es, Thucyd. ἀρκῶ θεραπεύειν, ſum par curando. ἀρκεῖ, imperſonale, i. ſufficit. Xenoph. libro 1. Pædiæ, οὐ τῇ χρείᾳ μόνον ἀρκεῖ ... ἀρκεῖν οὐκ ἴσχυον ἀμύνασθαι ἀδικίας, impar eram viribus ad facinora punienda. τὰ ἐπιτήδεια ἀρκεῖ ἡμῖν, ſuppetit nobis commeatus. Pro auerto, Sophocl. ἀρκέσαι τοῦτο, hoc prohibere, i. ἀποσοβῆσαι.

Ἄρκης, velox.

Ἀρκέσιος, ου, ὁ ᾗ ἡ, ſufficiens, ἀρκῶν. lib. 1. Epigram. ἀμφὶς ... ἄρκιος ... ἐρημίου, vbi generis eſt fœmin. ἄρκιός εἰμι, poſſum, Apoll. 2. τίνω χάριν ἄρκιός εἰμι, i. ἱκανὸς, Heſiod. ἄρκιος ἔσω μισθὸς. Homer. Iliad. β. οὔ οἱ ἔπειτα ἄρκιον ἐσσεῖται φυγέειν κύνας, ἱκανὸν, ἀσφαλῆ, μέν, δυνατόν, i. non poterit effugere.

Ἄρκλος, Arclus, frater Cothi, filius Xuthi, qui in Eubœa habitauit, Plutarch. in Problem.

Ἄρκος, ὁ, ὅτι ὑπὸ τῆς ἄρκτου ἐτέθη τὸ ἀρκτοῦρος, ὁ ὄπισθεν τῆς ζώνης τοῦ ἀρκτοφύλακος λαμπρὸς ἀστὴρ, Etym.

Ἀρκοῦμαι, στέργω, ἀγαπῶ, cõtentus acquieſco, Dat. iung.

Ἀρκούντως, ſufficienter, ſatis, abunde. Xenoph. ὁ τοῖς ῥᾷστοις ἀρκούντως ... χρώμενος, qui rebus inuentu facillimis cõtentus vtitur, Thucyd. ἀρκούντως ἔξει, i. ἀρκέσει.

Ἄρκτειος, vrſinus. Vnde ἀρκτεῖον στέαρ, vrſinus adeps.

Ἀρκτέον, incipiendum. Philo, ἀρκτέον τῆς ἀντιρρήσεως, ordiendum à refutatione. à verbo ἄρχομαι. Sophocl. in Aiace cum accuſatiuo, ἀλλ' ἀρκτέον τὸ πρᾶγμα, rei initium ſumendum.

Ἀρκτεύειν, apud Athenienſes dicebãtur virgines, quæ ante nuptias Dianæ initiarentur, & ſacra quædam peragerent. Voce hinc ducta quòd ob vrſam interfectã Dianæ ſacram, non prius ceſſaturam peſtem reſpondit oraculum, quàm deæ virgines dicarentur, antequam viro congrederentur. Vnde & puellæ ipſæ ἄρκτοι, i. vrſæ appellabantur, vt docent Euripid. & Ariſtoph. vide Pollucem lib. 5. & Cæl. lib. 14. cap. 19.

Ἀρκτῆ, ῆς, ἡ, pellis vrſina.

Ἀρκτικὸν, τὸ, Arcticum, genus herbæ, quam & ἀρκτοῦρον vocant, Dioſcorid. libr. 4. cap. 106. differt autem ab ea quæ ἀρκεῖον & προσωπὶς dicitur: licet Plinius miſceat.

Ἀρκτικὸς, οῦ, ὁ, ſeptentrionalis, arcticus vt ἀρκτικὸς κύκλος. ἀρκτικὸς πόλος, i. polus arcticus, qui ſemper ſublimis apparet ad tractum cœli Aquilonarem, ab vrſa ſic appellatus: qui autem infra terram ſemper conditur ad tractũ Auſtralem, ἀνταρκτικὸς dicitur, vt contrarius arctico. Itẽ incœptiuus, initialis. vnde ἀρκτικὰ φωνήεντα, apud Grã.

Ἄρκτος, ου, ὁ ᾗ ἡ, παρὰ τὸ ἀρκῶ, τὸ ἐπαρκῶ, ᾗ πλεοναζμῷ τοῦ τ. τὸ ἐπαρκοῦν ἑαυτῷ ζῶον. φασὶ γὰρ αὐτὸ διαζῆν τὸν χειμῶνα ἐκ τῆς ἰκμάδος τῶν ποδῶν, Etym. vrſus, vrſa, ſepentrio, vrſa piſcis.

Ἀρκτοῦρος,

Ἀρκτοῦρος, Arcturus, ſtella ſupra media crura Arctophylacis, vt ſcribit Proclus in libello de ſphæra. oritur autẽ cum virgine, quũ in piſcibus ſol eſt. Heſiod. ἀρκτοῦρος προλιπὼν ἱερὸν ῥόον ὠκεανοῖο, &c. Seruius interpres Virgil. Arcturus eſt, inquit, poſt caudam maioris vrſæ poſitus in ſigno Bootæ: vnde Arcturus dicta eſt, quaſi ἄρκτου οὐρά.

Ἀρκτοφύλαξ, ακος, ὁ, cuſtos vrſæ, ſydus quod & Bootes: & genus herbæ.

Ἀρκτύλοι, οἱ, catuli vrſorum.

Ἀρκτῷος, α, ὁ, Septẽtrionalis. ἀπὸ ἀρκτῴου, ab Aquilone.

Ἄρκυες, αἱ, vel Ἄρκυα, retia quibus venatores ſaltus circundabant, plagæ feris erectæ, caſſes, laquei, Etymol.

Ἄρκυς, ornatus muliebris, vitta, retis genus ex denſo & craſſo fune ad venationem leonis, vrſi, ceruorum, & huiuſmodi. παρὰ τὸ εἴργω τὸ κωλύω, Etymolog.

Ἀρκυοστασία, ας, ἡ, & Ἀρκυστάσιον, ου, τὸ, ſtatio retis, locus vbi rete tenditur, indago & ſeries plagarum, quibus ſaltus ſtabuláque ferarũ cinguntur à venatoribus. Dicuntur etiam στοῖχοι, Bud. Comm.

Ἀρκυστάτοις, Sophocl. retibus, laqueis, ἄρκυσι.

Ἀρκυωρεῖν, cuſtodire retia, Etym.

Ἀρκυωρός, ὁ, cuſtos retis, Bud. Comm.

Ἀρκῶς, ſufficienter.

Ἅρμα, ατος, τὸ, currus, vehiculũ. Heſio. κεκλιμένον πλεκτοῖσιν ὑφ' ἅρμασι. Philo de mundo inquit, φλὸξ ἅρμα ἄνω ἐστί, i. flamma, ignei alimẽti elatio eſt in ſublime. Hierem. cap. 24, accipitur pro onere & pondere. Item infrequens Bœotiæ vicus: Etym. vrbs Bœotiæ.

Ἁρμακία, porticus.

Ἅρμαλα, harmala dicitur à quibuſdam πήγανον ἄγριον, i. ruta ſylueſtris, Dioſcorid. lib. 3, cap. 53.

Ἁρμαλία, ας, ἡ, cibus, nutrimentum, pabulum, & velum nauis, currus, qui exercitui cibum vehit.

Ἁρμαλίας ὁ ὄχλος, i. σκευοφόρος, turba portans arma.

Ἁρμαλιὴ, ἡ, τροφὴ, cibus. παρὰ τὸ ἁρμόζειν τῇ ψυχῇ, ἢ παρὰ τὸ αἴρειν τὰ σώματα, Etym.

Ἁρμάμαξα, ης, ἡ, vehiculũ, carruca, carpentũ, rheda, Valla: currus viros geſtãs propriè, ὡς ἀνδράμαξά τις οὖσα, Etymol. Plutar. in Themiſt. vtitur pro curribus quib⁹ mulieres vehuntur, clauſis vndique tabernaculis. Herodot. l. 7, ἐκ τῶν ἁρμάτων ἐς ἁρμάμαξαν, è curru in eſſedũ. Ariſtid. οὐκ ἐφ' ἁμαξῶν φέρεσθ', ἀλλ' ἐφ' ἁρμαμαξῶν νομάδες τινὲς βασιλεῖς.

Ἁρμάριον, arcula, aut potius ἐρμάριον, diminutiuè. ἑρμὰς enim arcas vocabant antiqui, in quibus idola collocabant, Etym.

Ἁρμάτειος, ὁ, quod ad currum pertinet. Etymol. ἁρμάτειος τροχὸς, vehicularis rota. ἁρμάτειον νόμον αὐλοῦντες: aliàs ἁρμάτιον. Plutarch. de fort. Alexandri. ἁρματείους σύριγγας, currus modulos, Euripid.

Ἁρματηλασία, ας, ἡ, agitatio currus.

Ἁρματηλατεῖν, curru ſeu curribus vehi.

Ἁρματηλάτης, ου, ὁ, auriga, ductor plauſtri, Lucian.

Ἁρματηλατεῖν, curru vehere, Bud. Comm.

Ἁρμάτιος νόμος, lex Curulis: ſic dicitur quædã lex Muſicæ, compoſita ab Olympo diſcipulo Marſiæ, ſic dicta, quoniam raptatum bigis Hectorem argumentum habebat, Valgius in Muſicam Plutarch. ἁρμάτων τροχοί, carpentorum rotæ.

Ἁρματῖται, οἱ, bigales, bigarii.

Ἁρματοδρομία, ας, ἡ, curulis curſus.

Ἁρματοπηγὸς, οῦ, ὁ, carpentarius, ſic Valla: ἅρματα συμπηγνύων, τέκτων, Homer.

Ἁρματοποιὸς, ὁ, carpentarius.

Ἁρματοτροφοῦντες, ordo apud Athenienſes maximæ authoritatis, dictus ab alendis equis curulibus.

Ἁρματοτροφεῖν, equos iugales nutrire.

Ἁρματοτροχιά, ἡ, τὸ ὑπὸ τῶν τροχῶν ἴχνος, orbita, Etym.

Ἄρμενα τεύχεα, inſtrumenta artis, in Epigram.

Ἀρμενιακὰ μῆλα καλούμενα, ῥωμαῖοι πραικόκια καλοῦσι, Armeniaca mala dicta Romani præcocia appellant, Dioſcorid. lib. 1, cap. 166, Anastepeſches.

Ἀρμένιος λίθος, Armenius lapis, de quo Dioſc. l. 5, c. 97.

Ἀρμενιστὶ, Armenicé.

Ἄρμενον, ου, τὸ, velum, carbaſus, τὸ σκεῦος, inſtrumentum.

Ἄρμενος, ου, ὁ & ἡ, congruus, ἁρμόδιος, accommodus, paratus, concinnus, appoſitus, conueniens, ἡρμοσμένος, poet. Heſiod. genere fœmin. οὐδέ μιν ἡ μεγάλη ἵκετο κούρη τι φυῖ ἄρμενος, &c. τὰ ἄρμενα, neceſſaria, ſeu quæ ſufficiant. Heſiod. οἱ ῥά μιν ἀσπάζοντο καὶ ἄρμενα παρέσχον, qui cum complexi & omnia quibus opus eſſet, præbuerunt. Idem, μάλα γάρ νύ οἱ ἄρμενα εἶπε, valde enim ei commoda dixit. Heſiodus, πεῖαν δ' κατὰ χθονὸς ἄρμενος εἴη, annus verò operũ quæ fiunt in terra, finem habuerit.

Ἁρμὴ, ῆς, compages, commiſſura, compago.

* Ἁρμηλατεῖν, certare aurigatione ſeu curuli certamine, Polyb.

Ἁρμηλάτης, ου, ὁ, auriga.

Ἁρμήλατος ὁδὸς dicitur Straboni ſicut ἱππήλατος, id eſt, lata via.

Ἁρμιλούστριον, Harmiluſtrũ, proprium loci in Auentino colle, in quo Tatium Romulus ſepeliuit, Plutarch. in Romulo.

Ἁρμίως, confeſtim, Hippocr.

Ἁρμόβαλα, condimenta, coagula.

Ἁρμογὴ, ῆς, coniunctio, compages, commiſſura, coagmentatio commiſſurarũ. Sic etiam tranſitum colorum in pictura ἁρμογὴν vocant.

Ἁρμόδιος, ου, ὁ, congruus, familiaris, cognatus, accommodatus, aptus. ἁρμόδιος δίκασις, competens. Eſt & Ἁρμόδιος, Harmodius, proprium viri Athenienſis, cui erectã fuiſſe ſtatuam refert Plutarch. in Moral.

Ἁρμοδίου μέλος, cantio, quæ erat apud veteres à diſcumbentibus concini conſueta, cuius erat initium, φίλταθ' Ἁρμόδι' οὔτι που τέθνηκας. Dicebatur verò in Harmodium & Ariſtogitona tyrannicidas. vnde illud apud Comicum, οὐδὲ παρ' ἐμοὶ τὸν Ἁρμόδιον ᾄσεταί, i. apud me nunquam Harmodium canet: pro eo quod eſt, mecum conuiuia nunquam agitabit. Cæl. lib. 14, cap. 95.

Ἁρμόζομαι, interdum actiuè capitur. Philo de mundo, τὰς κεφαλὰς ἡρμόζετο τῷ αὐχένι, capita cum ceruicibus compegit. Plutarchus in Solone, τοὺς νόμους ἁρμόζεται τοῖς πολίταις, leges accommodat ciuibus. Idem in Lycurgo, ἁρμοσάμενος τὴν πολιτείαν, qui Remp. aptarit. λύραν ἁρμόσασθαι, lyra canere, Idem in Themiſt. ἁρμοσάμενος πόλιν πρὸς τὴν θάλασσαν, ciuitatis animos ad rem marinam diſponens, Ibidẽ. ἁρμόσασθαι τὸν αὐλὸν, fiſtulam componere, Lucianus. ἁρμόζονται σύριγγας, fiſtulas componunt, Nazanz. Itẽ paſſiuè pro componor. Plato vocat ἡρμοσμένην ψυχὴν, animũ compoſitum, & ſibi conſentientem, vacuum vanis cupiditatibus. Chryſoſt. αἱ ψυχαὶ διὰ τῆς ἁγίας προσευχῆς ἁρμόζονται καὶ συσφίγγονται, animæ per ſanctas preces ſibi conſtant & compinguntur, Baſil. in Epiſt. ἡρμοσμένη εἰς φιλίαν. Accipitur aliquando ἀντὶ τοῦ συνοικίζω, id eſt, connubio iungo, do nuptui. Paulus 2. ad Corinth. cap. 11, ἡρμοσάμην ὑμᾶς ἑνὶ ἀνδρὶ, παρθένον ἁγνὴν παραστῆσαι τῷ χριστῷ, i. adiunxi vos vni viro, vt virginem caſtam exhiberetis Chriſto: alii vertũt, adaptaui, paraui. vide num ſignificet deſponſaui ſeu deſpondi, vt vertit antiquus Interpres: vt apud Herodot. παυσανίεω ἡρμόσατο θυγατέρα, qui filiã Pauſaniæ deſponderat. Ibidẽ, ἁρμοσάμενος τέλυος θυγατέρα, cui Telys filia deſponſata. Idem, ἥρμοσται τοῦ μίλωνος θυγατέρα δημοκήδης γυναῖκα, Democedes vxorem duxit Milonis filiam.

Ἁρμοζόντως, conuenienter. ἁρμοζόντως ἔχει, congruit.

Ἁρμόζω, μ. όσω, cõgruo, adapto, quadro, ſum idoneus, ſum aptus, adiungo. Ianus Laſcaris, τούτοις ἄραξ χάρακα ἁρμόσω κύνα, conglutino, compono, adapto, conſtituo, tempero. ἁρμόσαι τὸν γάμον, matrimonium iunxiſſe. ἁρμόζω πρὸς τὸν καιρὸν, inſeruio tempori.

Ἁρμοῖ, pro ἀρμῷ κατὰ συγκοπὴν, συνεχῶς, nuper, citò. Ar-

c

temidorus addit, quòd cum tenui ita ſignificet, cũ denſo verò ἁρμοδίως, id eſt, congruenter, Etym.

Ἁρμολογέω, ῶ, coagmento, coapto, ἁρμολογουμένη οἰκοδομὴ, ſtructura coagmentata, commiſſa, coaptata, cõpacta, compaginata: vnde συναρμολογεῖν, Nazanz. ἡρμολόγησε τάφον, in Epigramm. concinnauit, compoſuit.

Ἁρμονία, ας, ἡ, compoſitio, iunctura, ſeries, compages, cohærentia, diſsimilium concordia, coagmentatio. ἁρμονία γυναικῶν δύστροπος, moroſa & difficilis mulierum cõplexio, vt ſic dicã. Ariſtot. de mundo, μουσικὴ ὀξεῖς ἅμα καὶ βαρεῖς, μακρούς τε καὶ βραχεῖς φθόγγους μίξασα ἐν διαφόροις φωναῖς μίαν ἀπετέλεσεν ἁρμονίαν, muſica acutis & grauibus ſonis, longiſque & breuibus vna permixtis in diuerſis vocibus, vnum ex illis concentum abſolutum reddidit. Capitur etiam pro quauis cohærẽtia. Ibidẽ, ἐν ἁρμονίᾳ περιοῦσι καὶ ἐν τάξει τὸ πᾶν σχῆμα τ῀ φολίδος, i. in cohærẽte coagmẽtatione. Scribit Heſiod. in Theog. ἁρμονίην filiam eſſe Veneris & Martis, & Cadmi vxorẽ. Ex ea autem & Cadmo natos eſſe filios ἰνὼ, σεμέλην, ἀγαυὴν, αὐτονόην & πολύδωρον. pro cithara Ariſtoph. νεφ. ἐντειναμένους τὴν ἁρμονίαν, i. τὴν κιθάραν, vt exponit Interpres. Phocylid. pro compage, ἐκ γαίης γὰρ ἁρμονίην ἀναλυθὲν ἀνθρώπου. ἁρμονία τοῦ σώματος, corporis compactio.

Ἁρμονίδης, proprium nomen fabri, τέκτονος, παρὰ τὸ συναρμόζειν, Hom. Iliad.

Ἁρμονικὸς, ὁ, muſicæ ſtudioſus, harmonicus, harmoniæ peritus, qui auribus plus tribuit authoritatis, quàm rationi: cuiuſmodi fuiſſe traduntur Ariſtoxeni ſectatores. His opponuntur κανονικοὶ, Cæl. lib. 3, cap. 11.

Ἁρμόνιον, τὸ, quod aptè cohæret.

Ἁρμὸς, οῦ, articulus, cõpago, commiſſura. παρὰ τὸ ἄρω, Etym. Vocant etiã ἁρμὸν, ſpatium interlocatum dentibus. ἁρμὸς λίθου, lapidis commiſſura, in Com. Ariſtoph.

Ἁρμοσία, ας, ἡ, gubernatio.

Ἁρμοστὴς, ὁ, magiſtratus apud Lacedæmonios, qui efficiendis arcibus, & reficiendis ciuitatibus præerat, Cæl. lib. 10, cap. 3, ἁρμοστὰς καὶ σωφρονιστὰς τ῀ δήμων, Plutarch. in Lycurgo. Lapus vertit, conciliatores & moderatores populorum. μέγιστος ἁρμοστὴς, Bud. dicitur magnus magiſter, in epiſt. poſt. Idem in Pand. ἁρμοσταὶ dici poſſunt, quos gubernatores patriarum appellamus, quaſi prouinciarum conſtitutores. dicuntur & præſides prouinciarũ: hi vulgò tum gubernatores, i. rectores dicuntur, tum locũtenẽtes, id eſt, legati regis, quos & vicarios regis dicimus, i. vicereges. ἁρμοστὴς, apud Thucyd. à Valla redditur præfectus. Idem Bud. in Com. ἁρμοστὰς (inquit) appellant Lacedæmonii τοὺς καθισταμένους ὑπ᾽ αὐτῶν ἐπισκοπουμένους αὐτοῖς πόλεων: ſic dictos παρὰ τὸ ἁρμόζειν τοὺς ἀρχομένους ζῆν κατὰ τοὺς νόμους. ὅθεν καὶ ἁρμοστῆρας ἐκάλουν πάλαι ἀθηναῖοι τοὺς εἰς τὸ ζῆν διαγάγοντας. Quare Dionyſ. in lib. de Eccleſ. hierarch. epiſcopos ἁρμοστὰς appellauit: ad quod munus non ſine ſumma religione, καὶ μετὰ τ῀ μεγίστης εὐλαβείας, accedendum docet.

Ἁρμοσὸς, οῦ, ὁ, conueniens, Phalaris in Epiſt.

Ἁρμόσυνοι, οἱ, dicebãtur qui apud Lacedæmonios præerant mulieribus, vt honeſtius incederent.

Ἁρμόττομαι, actiuè, adapto, compono, concinno. Plato 3. de Rep. μουσικὸς ἀνὴρ ἁρμοττόμενος λύραν, &c. lyrã tẽperans.

Ἁρμόττω, cõgruo. Iſocrat. τοῦτο πρὸς τὰς συνηθείας ἁρμόττει, id ad vitæ conſuetudinem eſt accommodum, quadrat. Item inuenitur & ἁρμόττει, pro congruit, expedit, decet, verbũ imperſonale. Plato epiſt. 8, νόμοις θέσθαι καὶ πολιτείαν τοιαύτην, ἐν ᾗ βασιλέας ἁρμόττει γίγνεσθαι κυρίους ἱερῶν τε καὶ ὅσων πρέπει τοῖς γενομένοις ποτὲ εὐεργέταις. Vnde ἁρμόττειν τὴν πόλιν, ciuitatem conſtituere, temperare: à quo ἁρμοστὴς, vt diximus. Dioſcorid. lib. 6, cap. 1, ἁρμόττοντα τοῖς φάρμακον πεπωκόσι, congruentia iis qui venenum hauſerunt. Theophraſt. lib. 3, cap. 230, de cauſ. plant. ἁρμόττει εἰς δυσχειμέρους τόπους, frigidis locis conuenit.

Ἁρμῷ, Datiuus in aduerbium tranſit, & ſignificat idẽ quod ἁρμοῖ, ſuprà.

Ἀρναῖος, ὁ, nomen proprium eius qui prius Irus dictus fuit. vide Etym.

Ἀρνακὶς, ίδος, ἡ, pellis agni, pellis ouina, Ariſtoph. νεφ. Eſt etiã calcei genus hyberni, apud Plat. in Sympoſio.

Ἀρνεῖον, ου, τὸ, macellum: κρεοπώλιον τ῀ν προβάτων, ſic Didymus, Etym.

Ἀρνειός, agninus, ouinus. Sophocl. ἐκεῖ δ᾽ ἰσχνοὺς τεκμήριον φθεὶς ἴσχετ᾽ ἀρνείου φόνου, cædis ouium. ἄρνεια κρέα, agninæ carnes, Lucianus.

Ἀρνειὸς, agnus prouectioris ætatis, ὁ τέλειος ἤδη κριός. Homer. Iliad. β, ἔνθα δέ μιν ταύροισι καὶ ἀρνειοῖς ἱλάονται, i. ἀρνοῖς, κριοῖς, vt exponit Interpres. Idem Iliad. γ, ἀρνειῷ μὲν ἔγωγε ἐΐσκω, i. κριῷ. Etym. Primũ ἄρνα vocant, tũ ἀμνὸν, dein ἀρνειὸν, poſtremò λειπογνώμονα: quanquam id propriè de equis dicitur.

Ἀρνεσθοίνας τις, qui veſtitur agnis, in Epigram.

Ἀρνέομαι, μ. ήσομαι, π. ημαι, nego, recuſo, Accuſ. ἀπὸ τ῀ αἴρειν τὰς χεῖρας ἐπὶ τῇ παραιτήσει, Etym. Paul. ad Heb. c. 11, ἠρνήσατο λέγεσθαι υἱὸς θυγατρὸς φαραώ, renuit vocari filiˀ filiæ Pharaonis. AEſchin. ἀρνεῖται μὴ δειλὸς εἶναι, negatur eſſe timidus. Demoſt. ὧν οὐδ᾽ αἱ ἀρνηθεῖεν ἔνιοι ὡς οὐκ εἰσὶ τοιοῦτοι, quorũ nonnulli nequaquã negauerunt ſe tales eſſe. ἀρνούμενος ἔπαινος, laus diſſimulata, Eraſm. Demoſt. ἀρνούμενος ταύτην τ῀ χρείαν, detrectãs hanc operã. ἀρνοῦμαι μὴ πεποιηκέναι, nego me facere, i. ἀρνούμενος λέγω, Demoſt. ἀρνεῖσθαι τοὺς δανειστὰς, reiicere & repellere fœneratores, Interpres Ariſtoph. ſic vtitur.

Ἄρνες, οἱ, agni nuper nati, per ſyncopen pro ἀρένες, vel pro ἀρνοὶ κατὰ μεταπλασμὸν, Etym.

Ἀρνευτὴρ, ὁ, vrinator. εἴρηται ἀπὸ τ῀ ἀρνῶν, ὥσπερ ἐκεῖνοι δύοντες ἐπὶ κεφαλὴν ἄλλεσθαι, ὡς ἀπὸ τ῀ αἰγὸς κυβιστῶντες, Etym.

Ἄρνη, ης, ἡ, nomen Nymphæ nutricis Neptuni: παρὰ τὸ ἀρνεῖσθαι αὐτὸ ἐκτρέφειν. Eſt & vrbs Bœotiæ: eſt & Theſſaliæ vrbs ab Arne AEoli ſic dicta: vel vt Crates vult, παρὰ τὸ ἄρνας: eſt enim ouibˀ nutriẽdis apta & accõmoda, Etym.

Ἄρνησις, εως, ἡ, inficiatio, abnegatio, denegatio, euitatio, aduerſatio: cui opponitur ὁμολογία. Nazan. ἐκεῖ ἐπ᾽ ἀρνήσει κινδυνεύει, ἀπὸ πάθους, &c.

* Ἀρνησίθεος, ὁ τὸν θεὸν ἀρνούμενος, ὁ ἄπιστος, Chryſoſt.

Ἀρνητικὸς, οῦ, ὁ, negatiuus.

Ἀρνικὸν, genus viridis coloris, quod nos arſenicũ appellamus.

Ἀρνίον, ου, τὸ, agnus.

Ἀρνόγλωσσον, ου, τὸ, plantago, agnina lingua. dicitur & Ἀρνόγλωσσος.

Ἀρνὸς, τοῦ καὶ τ῀, genit. à nominat. ἄρην, i. agni vel agnæ.

Ἀρνούτιος, Arnutius, Romanus abſtemius, vino tamen à Baccho captus, filiam Medullinam violauit, à qua poſtea eſt mactatus, Plutarch. in Parall.

Ἀρνοφάγος, ου, agniuorus, agni deuorator, Nonnus.

Ἀρνόφυλλον, cytiſus, quòd oues ipſo delectentur.

Ἄρνυμαι, ſuſcipio, capio, aſſequor, recipio, libero, cõmuto, vendico, redimo, cuſtodio: item, vexo, opprimo. Hom. Ilia. α, τιμὴν ἀρνύμενοι μενελάῳ σοί τε κυνῶπα πρὸς Τρώων, pœnas Menelao & tibi de Troianis ſumentes, τιμωρίαν λαμβάνοντες, αὐτὶ καταλλασσόμενοι. Plato 1. de Rep. φαμὲν δεῖν μισθὸν ἀρνυμένους ὠφελεῖσθαι τοὺς δημιουργοὺς, i. mercedẽ ferentes, accipiẽtes. ἄρνυμαι κλέος, conſequor gloriã, Eurip. ἄρνυμαι βίοτον ἐκ χειρῶν, labore manuũ victito, in Epigr. ἀρνύμενος πατρὶ κλέος, repræſentãs & vendicãs, effingẽs, capeſſens, Hom. Vall. vertit, vt patri meo & mihi gloriæ eſſẽ.

Ἀρνῳδοὶ, οἱ ῥαψῳδοὶ, qui carmina apud antiquos recitabant: ab agno, qui recitantibus ἆθλον erat, Etym.

Ἀρόατος, inuius, moleſtus.

Ἀρόη, ἡ, vicus olim Achaiæ, nũc verò vrbs quæ Patra dicitur, Etym.

Ἀροία, menſtruorum retentio, ἐπισχὲ ἐμμηνίων, Hippoc. à non fluendo.

Ἀροίμην, λάβοιμι, ἀπενεγκοίμην, caperem. vide Αἴρομαι.

Ἄρομα, τὸ, aratio, ἀροτρίασμα, Heſych.

Ἀρόμεναι pro ἀροῦν, arare. Heſiod. σπεύδειν μὲν ἀρήμεναι

ἐν

ὀλιγοστύει, feſtinat arare & conſerere.

Ἄρον, τὸ, Arum, genus herbæ, quæ dracũculi genus eſſe dicitur à Theophr. lib. 2, cap. 200. hanc deguſtare vrſam egreſſam latibulum vt inteſtinum ſuum dilatet, Ariſtotel. ſcribit lib. 8, cap. 17. aliàs ἄῤῥον ſcribitur.

Ἄρος, lucrum, damnum.

Ἀρόσιμος, locus cultus. ἀρόσιμος γῆ, ſeges.

Ἄροσις, εως, ἡ, aratio. vnde γῆς ἀρόσεις, agriculturæ ſeu arationes, terræ cultura, Ariſtot. ἄροσις apud Homer. alicubi accipitur pro tellure, terra, ſeu agro frumentario, i. χώρα ἡ ἀροσ τὸ σπείρεσθαι ἐπιτηδεία, Interpres.

Ἀροτὴρ, ῆρος, ὁ, arator, poeticum eſt: cõmuniter enim ἀρότης dicitur. βοῦς ἀροτὴρ, bos arator dicitur Heſiodo.

Ἀροτήσιμος, ου, arabilis, in Epigram.

Ἄροτος, accẽtu in prima, ſeges & terra ſubacta. Apoll. 2, βοῶν ἄροτος μέλει, boum aratio curæ eſt, i. quæ fit à bobus. Heſiod. ἄρχεσθ' ἀμήτου, ἀρότοιο δὲ δυσομένάων, i. σπόρου, vt exponit Interpres, ſementis.

Ἀροτὸς, accentu in vltima, i. ſementis, tempus arandi ſeu ſerendi, & ipſa actio ſerendi. Hæc tamen confunduntur interdum. ἀροτὸς itẽ arabilis dicitur. πρώτους ἀρότους νεάσωσι, primas arationes nouellarint. Theoph. lib. 3, cap. 25, de cauſ. plant. ἐπ' ἀρότῳ παίδων, propter ſationẽ ſeu creationem liberorum, i. vt liberi procreentur & progenerentur.

Ἄρουρα, terra, iugerum.

Ἀρουραῖ, apud Syracuſanos erant qui ob vnũ inopiæ nomen ſeruiebãt, quũ alioqui liberi eſſent: vide Pollu.

Ἀρουραῖος, α, ὁ, ἀρουραῖος, agreſtis. ἀρουραίη θαλάμη, thalamus agreſtis, in Epigramm.

Ἀροῦς, arator, agricola.

Ἀροσίδωτηρ, ῆρος, ὁ, arator, in Epigramm.

Ἀρόω, aro, Nonnus, ἄλλος ἀρόσειε πόρον.

Ἀροτριάζω, μ. άσω, ἀροτριάω.

Ἀροτρίασις, εως, ἡ, aratio.

Ἀροτριάω, μ. άσω, π. ακα, aro, ἀρόω, quod magis Atticum eſt, Accuſ.

Ἄροτρον, ου, τὸ, aratrum.

Ἀροτρόπους, οδος, vomer. Iudicum cap. 3, ἐν τῷ ἀροτρόποδι τ̃ βοῶν ἐπάταξε τοὺς ἀλλοφύλους, vomere percuſsit alienigenas.

Ἀροτροφορεῖν, aratrum ferre, in Epigramm.

Ἀρουνς, Aruns, filius Porſenę, Plutarc. de virt. mulier.

Ἀρούντιος πατέρκουλος, Arũtius Paterculus, qui æreum equum ad cruciandos homines fabrefecit: quod tormẽtum primus ſubiit, Plutarch. in Parall.

Ἄρουρα, ας, ἡ, aruum, ἡ γῆ, tellus, cãpus, ſeges, ager, prædiũ, menſura terræ centũ cubitos continens, terra, propriè tamen culta, & ad ſationẽ idonea. παρὰ τὸ ἀροῦν, ἡ παρὰ τὸ ἀροτριᾶσθαι. Homer. Iliad. β, ζείδωρος ἄρουρα, alma tellus. Sophocl. ὑγρᾶς ἀρούρας βῶλον, dixit, i. τ̃ γῆς, humidæ terræ glebã. * Ioſep. pro menſura accipit, contra Appion.

Ἀρουραῖος, agreſtis, ruſticus, ruri naſcens, campeſtris, arualis, aruenſis. Gaza lib. 7, cap. 6 hiſtor. plant. ἀρουραῖος οἰνόμαος, AEſchines à Demoſt. dicitur, i. agreſtis OEnomaus, quòd AEſchines perperã OEnomaum in tragœdia egiſſet. ἀρουραία θεὸς, dea agreſtis, Ariſtoph.

Ἀρούριον, τὸ, agellus, ruſculum.

Ἀρουροπόνος, agricola, in Epigramm.

Ἀρόω, μ. ώσω, π. ώκα, aro, aratro proſcindo. παρὰ τὸ ἄρος ὁ σίδηρος: σιδήρῳ γὰρ τέμνεται ἡ γῆ, Neutr. Accuſ.

Ἁρπάγδην, raptim.

Ἁρπάγιον, locus dicitur iuxta Cyzicum, vnde raptum memorant Ganymedem.

Ἁρπαγὴ, ῆς, ἡ, i. ἁρπαγμὸς, ſeu ἅρπαγμα. ἁρπαγὰς πολεμίων, rapinas hoſtium, prædã quæ ab hoſtibus eripitur. Plutarch. in Othone, ἁρπαγὴ τ̃ κρατῆρος, interuerſus crater.

Ἁρπάγη, ης, ἡ, accentu in penul. harpago, i. inſtrumentũ quo ex puteo vaſa retrahuntur.

Ἁρπάγια ἀγγεῖα, vas quod à rapiendo harpagium dicitur. Alex. Aphr. l. 1. Prob. διὰ τ̃ λεγόμενα ἁρπάγια ἀγγεῖα ὁ δάκτυλος ἐν τῷ στόματι ἐπιτιθέμενος, αὐτῶν τὸ ὕδωρ οὐκ ἐᾷ ῥεῖν διὰ τ̃ πυθμένος, vaſa quæ harpagia nominãtur, ſi digito admoto foramen eorum ſuperius obturetur, aquam nullã per fundum emittunt, ſeu per foramen ſui fundi.

Ἅρπασμα, ατος, τὸ, &

Ἁρπασμὸς, οῦ, ὁ, rapina, direptio, furtum, concuſsione quæſita pecunia, AEſchin. αἰφνίδιος καὶ μετὰ βίας ἀφαίρεσις.

Ἅρπαγος, Harpagus, Medus, Herodot.

Ἁρπάζω, μ. άσω, vel ξω, π. ακα, item ἁρπάζομαι, rapio, propriè de feris: interuerto, ſubripio, aufero: item citò intelligo & percipio, ὀξέως νοῶ, apud Sophocl. Accuſ. iung. Lucian. ἁρπασάμενος τὰ τόξα κατετόξευσε τῷ λοιμῷ τοὺς ἀχαιούς, &c. correpto arcu Argiuos peſte cõfecit. Ariſtop. ἄνηθον τ̃ πρεσβυτέρων ἁρπάζειν, anethũ ſenibus præripere, ſeu à ſeniorib° auferre. βίαιος ἁρπάζω σε τ̃ πυρὸς, eripio te ab igne.

Ἁρπάκτειρα, raptrix, in Epigram. ἁρπάκτειρα στόματος.

Ἁρπακτὴρ, καὶ Ἁρπακτὴς, οῦ, ὁ, raptor. ἁρπακτὴς τῆς βασιλείας regni raptor, Nazanz.

Ἁρπακτικὸς, οῦ, ὁ, rapax.

Ἁρπακτικῶς, feſtinanter.

Ἁρπακτὸς, ereptus, furtiuus, vi raptus. Heſiod. χρήματα δ' οὐχ ἁρπακτά. Aliquando παράβολος, rapidus, periculoſus, ἐπισφαλής. ἁρπακτὸς πλόος, &c. rapax nauigatio, id eſt, ἐπισφαλὴς, non tuta.

Ἁρπάλειον. Plutarch. in Politicis, περὶ τ̃ ἁρπαλείων δίκην ἕξων, cauſam dicturus repetundarum.

Ἁρπαλέος, α, ὁ, ἐπιθυμητικὸς, rapidus, quem rapere libeat.

Ἁρπαλέως, ἁρπάγδην, ἁρπακτικῶς, raptim, cum raptu. Item promptè, gratè, iucundè, amanter, Etymolog. Odyſſ. ξ, πῖνε τε οἶνον ἁρπαλέως, ſubitò.

Ἁρπαλίζομαι, vel Ἁρπαλίζομαι, libens ſuſcipio.

Ἁρπάλιμος, deſyderatus, qui rapitur.

Ἁρπαλίων, ὁ, nomen proprium apud Hom. Etymol.

Ἅρπαξ, γος, ὁ, rapax, raptor. Ariſtophanes ην ἴδω ἅρπαγα τ̃ δημοσίων κατίδωσι, ſi depeculatorem viderint. Item harpago, inſtrumentum aduncum, quo vaſa è puteis extrahuntur. Pollux inter coquinaria inſtrumenta recenſet, alióque nomine κρεάγρα & λύκος appellari dicit, Cæl. lib. 15, cap. 2. Eſt etiam legionis nomen apud Romanos. Inuenitur etiam ἡ ἅρπαξ pro ἁρπαγή. Heſiod. δὼς ἀγαθὴ, ἅρπαξ κακή, &c.

Ἅρπασμα, ατος, τὸ, rapina, Plato de Leg.

Ἅρπασος, α, ὁ, Cariæ fluuius, ab impetu prærapido ſic nuncupatus, Etym. Daphnus prius appellabatur, à quo & ἅρπασα ciuitas nuncupata eſt, teſte Stephan.

Ἁρπαστὸν, οῦ, harpaſtum, genus pilæ grandioris, dictum quòd quiſq; arripere nitatur: vnde Martialis, Siue harpaſta manu puluerulenta rapis.

Ἁρπάω, pro ἁρπάζω vſurpatur, Etym.

Ἁρπεδὶς, latum, planum, pro liuido accepiſſe videtur Nicander, Etym.

Ἁρπεδίζω, æquo, complano.

Ἁρπεδόεις, ὁ ἄγαν πελιδνὸς, valde liuidus & pallidus: παρὰ τὸ ἀεὶ καὶ πέδον, ſic Herodianus & Didymus, Etym.

Ἁρπεδόνη, ης, ἡ, laqueus, Ariſtoteles lib. 4. Animalium, cap. 20, de quibuſdam conchis, ἄλλος δὲ ἕλιξ μὲν ὥσπερ ἁρπεδόνη τὸ πάχος, vbi Gaza, alter anfractus craſsitudine lineæ, &c. ſignat etiam, vt Laſcaris in Epigramm. docuit, inſtrumentum quo filum rotãdo glomeratur, vel &c, aut inſtrumentum aliquod ſimile. Nam aliàs eodem lib. pro chorda arcus ſumitur. * Laqueus item quo cerui capiuntur, Xenophon.

Ἁρπεδονίζειν, prædari, illaqueari.

Ἁρπεδὼν, ἁρπεδόνη, σχοινίον.

Ἁρπῖζα, montis pes, quaſi ὑπόρριζα.

Ἅρπη, ης, ἡ, falx, δρέπανον, apud Heſio. Itẽ enſis falcatus. & harpa auis ſimilis aquilæ. Homer. ἅρπη ἐοικὼς τανυπτέρυγι. Significat item apud medicos humorẽ quendam ex flaua bili, totũ corpus latè corripientẽ. Itẽ ſtellæ quędã paruæ & crebræ quæ in ſumma Perſei dextra manu

notantur. εἰς τὸ ἅρπην κατασκευάζοντα, falcem conficiunt.

Ἄρπιζον, vel

Ἄρπεζον, maceria.

Ἀρπίς, ίδος, genus ſoleę, κρηπὶς, per metatheſin pro ῥαπίς.

Ἅρπυια, ας, ἡ, cum acuto in antepenult. ἁρπακτικὴ θεὰ, raptrix dea, Etym. Harpya. Eſt etiam ciuitas in Illyria. ἅρπυιαι, θύελλαι, procellæ. Odyſſ. ξ, νῦν δέ μιν ἀκλειῶς ἅρπυιαι ἀνηρείψαντο, venti. ſunt autē Harpyæ filiæ Electræ & Thaumantis. Heſiod. in Theogon. ἠϋκόμους θ' ἁρπυίας ἀελλώ τ' ὠκυπέτην τε: vbi ἀνειρῶς αι ſyllaba corripitur. Sunt autem ἅρπυιαι, αἱ ἁρπακτικαὶ πνοαὶ ἐκ τῆς ὕδατος ἀναδόσεως γινόμεναι.

Ἅρπυς, υος, ὁ, A Eolica lingua, amor: à rapacitate nomē ſortitus, παρὰ τὸ ἁρπάζειν τὰς φρένας, Etymol. Vtitur Parthenius in Crinagora. ἀμφοτέροις δ' ἐβάλετ' ἅρπυς ἠϊόνεσσι, Cęlius, lib. 16, cap. 27.

Ἀρράβδωτα, τά, ſunt inter oſtrea, perinde ac ſi dicas, minimè virgata: quibus opponūtur ῥαβδωτὰ, quę pectinatim diuiſa interpretatur Gaza apud Ariſtot.

Ἀρραβὼν, ῶνος, ὁ, παρὰ τὸ ἀρράζω, ἢ παρὰ τὸ ῥαιβὸς καὶ συνδέω τῆς ἀσκείσεως, καὶ ὑποβολῇ τοῦ ε, Etymolog. pars ſolutionis, quę fidem facit totius ſummæ perſoluendæ, pignus, arrha, arrhabo: quo apud Latinos Plautus & Terentius vtuntur. Plutarch. in Galba, ἐφθάκει προλαβὼν ἀρραβῶσι μεγάλοις τὸν ὀθώνιον, anticiparat magnis pignoribus Ouinium. Quanquam diuus Hieronymus inter pignus & arrhabonem putat intereſſe: quòd pignus, quod Græci vocant ὑποθήκην, detur in mutuo, arrhabo verò in contractu emptionis & venditionis, quo firma ſit obligatio: inde verbum

Ἀρραβωνίζειν, arrhabone confirmare contractum.

Ἀρραγὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, infractus, rimarum immunis, nullam rimam patiens, integer, firmus, ſolidus, Nonnus, qui rūpi nequit. Chryſoſt. τὸ τῆς ἐκκλησίας τεῖχος ἀρραγές.

Ἀρραδιούργητος, ου, ὁ, intemeratus, μὴ ῥαδιουργούμενος.

Ἀρραθὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, ſtultus.

Ἄρραιος, inuiolatus, inuictus, robuſtus.

Ἄρραιστος, incorruptus.

Ἄρρατος, ὁ, infractus, non vaſtatus, ὁ μὴ ῥαιόμενος, ὅ ἐστιν ἀκαταγώνιστος, inuictus. Item, ineffabilis, ὡς ἄρρητός τις. Item, fortis, immobilis: ſic Methodius. Eſt etiā nomen proprium, Etym.

Ἄρραφος, ου, ὁ, inconſutilis: à ῥάπτω. Ioannes de tunica Chriſti, Euang. cap. 19.

Ἄρρεκτος, ου, imperfectus.

Ἄρρεν, ενος, τὸ, maſculum. Ariſtoph. νεφ. τῶν τετραπόδων ἅττ' ἐστὶν ὀρθῶς ἄρρενα, ex quadrupedibus quænam ſint maſcula. Ibidem, πρὸς τῶν ὀνομάτων μαθεῖν σε δεῖ, ἅττ' ἄρρεν' ἐστὶν, ἅττα δ' αὐτῶν θήλεα, quænā ſint maſcula. τὰ ἄρρενα, mares. ἄρρενα ᾠὰ, maſcula oua, mares edentia.

Ἀρρενικὸς, ή, όν, maſculinus, ἀνδρεῖος: ἀπὸ τοῦ αἴρειν τὸ νῖκος.

Ἀρρενογόνος, qui mares generat, qui marē procreat. ἀρρενογόνον φύλλον, phyllum arrhenogonon: ſic dicta eſt herba quædā, quòd in potu ἀρρενοτοκεῖν putetur, i. maſculini ſexus facere partus, Dioſcor. lib. 3, cap. 140.

Ἀρρενογονία, ας, ἡ, agnatio, virilis ſexus.

Εὐφραδία, venuſtas ſermonis, vis dicendi.

Εὐφραίνομαι, μ. ανῦμαι, lætor. Depon. Datiuo. hoc verbū inde dicitur, quod bono animo ſit, ac omnes vitæ voluptates complectatur, quibus ſe animus oblectat. εὐφρανθεὶς, oblectatus.

Εὐφραίνω, μ. ανῶ, lætifico, lætum reddo, delecto. πόλλ' εὐφρανας, multum afficiens lætitia, Ariſtoph. εὔφρανάς με, lætificaſti me, Gaza. Interdum cum duobus accuſat. Xenoph. τῷ πράττοντι πλεῖστα εὐφραίνων, ſecundo ſucceſſu vtentibus, plurimam afferens voluptatem.

Εὐφροσύνη, honeſtum gaudium.

Εὔφραστος, εὔγνωστος, certus, Dionyſ. de ſitu orbis.

Εὐφρονέω, ſapio, bene cupio, καλῶς νοῶ, καλῶς φρονῶ, prudēs ſum, rectè ſētio. εὐφρονῆσι, ſani & prudētes ſunt εὐφρονῶν, ſapiens, ſapienter agens. Homer. Iliad. α. ὅσφιν εὐφρονέων ἀγορήσατο, pro εὐφρονέων, i. beneuol⁹. εὐφρονοῦντες, prudentes, vel εὖ φρονοῦντες, ſeparatim. Apud Suidam legitur εὐφρονῶ τὰ σὰ, pro ſum tibi beneuolus, tibi faueo, εὔνους σοὶ εἰμί. Et apud Ariſtoph. πρ. εὐφρονεῖν δοκῶ, rectè & prudenter agere, i. φρόνιμος εἶναι καὶ εὔνους.

* Εὐφρόνη, nox apud veteres, παρὰ τὸ εὐφρονεῖν, à bene ſapiẽdo: optima enim conſilia nocte conſtituuntur, quòd tũc animus ſit liber & vacu⁹ à curis. vnde illud, Nox dabit conſilium. Heſiod. μακραὶ γὰρ ἐπίῤῥοθοι εὐφρόναι εἰσί.

Εὐφρονῶν, prudens, lætus.

Εὐφρόνως, hilariter, prudenter.

Εὔφρων, ὁ, lætus.

Εὐφροσύνη, ης, ἡ, lætitia, delectatio. Xenoph. ἔρημος εὐφροσυνῶν, gaudiis deſtitutus. Aliquãdo liberalitas, vt l. 4. Epigr. ἀρχαίοις εἰς ἑτάρους μνεῖαι εὐφροσύνην, i. liberalitatem qua ſocios eſt proſecutus. Sic etiam dicitur vna ex Gratiis, Heſiodo in Theogo. ‖ εὐφρόσυνον, τὸ, epitheton bugloſſi apud Dioſc. i. voluptates animi augẽs, Plin. li. 25, cap. 8.

Εὐφρόσυνος, hilaritatem faciens. εὐφρόσυνον φωνὴν ἴσχυσαν, vocem lætitiæ emiſerunt.

Εὔφρων, ονος, ὁ καὶ ἡ, lętus, iucũdus, venerabilis, dulcis, exhilarans, ἡδὺς καὶ εὐφραντικὸς, beneuolus: epitheton vini. vnde οἶνον εὔφρονα, Iliad. γ, appellauit Homer. i. τὸν εὖ τὰς φρένας διατιθέντα, τὸν εὐφραντικόν. Et Heſiod. εὔφρονα καρπὸν ἀμᾶσθαι, i. ſuauem fructum metere. Sophoc. ἰὼ σκαμάνδριοι γείτονες ῥοαὶ, εὔφρονες ἀργείοις, i. εὐφροσύνην ποιοῦσαι διὰ τὸ ποτὸν, ἡδεῖς καὶ εὐφραντικαί. ꝑ hilari, lęto, Idẽ, ἐμοὶ ξυνοίκους διαπεντὸς εὔφρονα.

Εὐφυὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, induſtrius: de cane & equo, Xenoph. ingenioſus, facilis, commodus, natura valẽs, εἰς πάντα δεξιὸς, qui amœno acríque ingenio eſt, Gell. εὐφυὴς πρὸς ἀρετὴν, ad virtutem bene à natura inſtitutus, Plutarch. in Solone. Item ἀντὶ τοῦ σκωπτικοῦ, apud Atticos. ὁ δὲ ἑτοίμως λέγων καὶ σκώπτων, Heſych. ‖ εὐφυὲς φυτὸν, arbor vireſcens & copioſè ſuccreſcens, & germinans & coaleſcens.

* Εὐφυέστερον φύει, i. copioſius creſcit.

Εὐφυΐα, ας, ἡ, ingenium, induſtria, bona indoles.

Εὐφύλακτος, ὁ καὶ ἡ, bene cuſtoditus, i. captatus, vel qui non latet, tutus, qui facilè conſeruatur. εὐφυλακτότερα γὰρ ἐγίγνετο, εἰ, &c. commodius obſeruabatur, ſi, &c. Thucyd.

Εὐφυεστατος, Alex. Aphr. vbi Politian. penit⁹ inutilis.

Εὐφυῶς, ingenioſè, ſcitè, acutè.

Εὐφωνία, ας, ἡ, ſonoritas, bona vox, ſonitus vocum atque verborum iucundior, vocalitas à Donato dicitur, vox ſonora, voculatio, cap. 7, lib. 1. Gell.

Εὐφώνιος, ου, ὁ, magna voce, vocalis.

Εὔφωνος, ου, ὁ, concinnus, ſonans, canorus.

Εὐφώνως, magna voce.

Εὔφορος, ου, ὁ, frugifer.

Εὐφωρότατος, qui facilè deprehenditur.

Εὐχαίτης, ου, pulchrè capillatus, bene comatus. εὐχαίτης κοσμὸς, in Epigram.

Εὔχαλκος τρίπους, tripos æneus.

Εὔχαρις, ιτος, ὁ καὶ ἡ, facet⁹, gratioſus. τὸ εὔχαρι. Neutrum. gratioſum, elegans, gratum, gratia.

Εὐχαριστέω, μ. ήσω, π. ηκα, gratias ago, gratus ſum, εὐχαριστῶ. χάριν εἰδέναι dicunt Attici, ait Phrynicus. Neutr. Accuſatiuo & Datiuo. Paulus poſteriore ad Corinthios, cap. 1, ἵνα τὸ εἰς ἡμᾶς χάρισμα διὰ πολλῶν εὐχαριστηθῇ ὑπὲρ ἡμῶν, i. vt doni in nos collati cauſa per multos gratiæ agantur pro nobis. ἐπὶ πᾶσι γὰρ εὐχαριστεῖται δι' ἐμοῦ θεὸς, Nazanz. in omnibus gratiæ Deo per me aguntur, ſeu redduntur.

Εὐχαριστία, ας, ἡ, gratiarum actio, euchariſtia, grata memoria, & vt ſic dicam, gratitudo, comitas. Hieronymus interpretatur gratioſitatem & gratiam: Ambroſius ſermonem ad Dei laudem facientem. εὐχαριστίας ἀπόδος, redde officia, Phalar. in Epiſt.

Εὐχαριστήριον, ου, τὸ, gratiarum actio. Nazanzen. τοῦτό σοι γενέσθω ὧν τετύχηκας εὐχαριστήριόν τι καὶ φυλακτήριον, hoc tibi ſit pro gratiarum actione & cuſtodia eorum, quæ aſſecutus es. τὰ εὐχαριστήρια, liberalitas, Phalaris in Epiſtolis. Pro ſacramento corporis & ſanguinis Chriſti accipitur, can. 13, conc. Nicæni, quæ & προσφορὰ, ibidẽ. Dicitur & εὐχαριστήριος ὕμνος, ὁ παρὰ δι' οὗ ὁμολογοῦμεν τὴν χάριν τοῦ θεοῦ.

Εὐχάριστος, ου, ὁ καὶ ἡ, iucundus, gratioſus & amabilis, grat⁹, ἐπίχαρις, memor beneficii, Plaut. φιλόδωρος, Pollu.

* Εὐχαριστοῦμαι, gratiæ mihi aguntur, Areopag.

Εὐχετᾶσθαι, gloriari.

Εὔχειλος, ſaginatus.

Εὐχείμερος, frigoris patiens, frigoribus ſalubris. εὐχείμεροι πόλεις, vrbes frigoribus ſalubribus expoſitæ, ad hyberna bonæ & accommodatæ, Aretin. exponit, Ariſtot. lib. 7. Politic. ‖ Et εὐχειμερώτερος, frigoris patientior.

Εὐχείμων, pulchrè veſtitus.

* Εὔχειρ, dexter, aptus, agilis, δεξιόχειρ, ‖ promptus manu. Statuarii nomen apud Plin. Placet autem Gręcis nõ eſſe εὔχειρα τὸν ἔχοντα καλὰς χεῖρας, ſed τὸν πυκτικὸν, i. non bellis aliquem manibus, ſed agilibus in decertando.

Εὐχειρία, ας, ἡ, artificium, dexteritas manuum.

Εὐχείρωτος, ου, ὁ, facilis captu. εὐχειρότατος ταῖς ὑπερβολαῖς, qui exceſſu facillimè deuincitur, Gaza.

* Εὐχειρούμενα χρήματα, i. opportuna, ad manum.

Εὐχείρωτος, ου, ὁ, facilis captu, manſuefact⁹. εὐχείρωτοί σοι ἔσονται, tibi morem gerent, Ariſtot. ‖ Itẽ qui facilè vinci poteſt, καὶ ἄλλως πειθεῖν εὐχειρώτους, Polyb. lib. 5.

Εὐχέρεια, ας, ἡ, facilitas, procliuitas, manuum dexteritas, expeditio, agilitas, promptitudo. Lucian. πρὸς ὀργὴν εὐχέρεια, in iram procliuitas.

Εὐχερὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, facilis, in prõptu poſitus. Platoni autem νόμων ιβ, ἐλέφας οὐκ εὐχερὲς ἀνάθημα, non aptum munus quod diis conſecretur.

Εὐχερῶς, expeditè, facilè.

Εὐχετάομαι, εὔχομαι, καυχῶμαι, glorior, profiteor. Odyſ. ξ, τίνες ἔμμεναι εὐχετόωντο, quos ſe iactabant & profitebãtur. Pro ſupplico & vota facio. Odyſſ. ο, τῷ κέν τοι καὶ κεῖθι θεῷ ὣς εὐχετοῴμην, i. εὐχοίμην, tibi ſupplicarem. Cum Genit. Apoll. 2. Arg. πέλον τοῦ καί σφ' ἀφ' αἵματος εὐχετόωνται, cuius à ſanguine ſe originem ducere iactant & profitentur.

Εὐχέτης, qui votum facit.

Εὐχὴ, ῆς, ἡ, oratio, votum, optatum, preces, deſyderium, optio, obſecratio, optatio. Xenoph. εὐχὰς ἀποδιδόναι, vota reddere. Ariſtot. εὐχὰς ποιεῖσθαι, precationes facere, vota facere, vota nũcupare. εὐχὰς ποιησάμενος, vt vota fecit, vt precatus eſt, Plutarch. in Numa. εὐχὰς ποιοῦνται νομιζομένας, vota legitima nuncupant, Thucyd. εὐχὰς ἐποιήσατο τῆς ἀρχῆς, ἐπὶ τῷ πολέμῳ τέλος εὐκλεὲς λαβόντι τὰς μεγάλας θέας ἄξειν, in magiſtratu vouit, ſi felicem exitum belli haberet, magna ſe ſpectacula facturum, Plutarch. in Camill. εὐχὴν ποιήσασθαι κατὰ χιμαίρων, capras vouere, Ariſtophan. εὐχὰς ἀποδίδωμι, vota impleo, Xenoph. εὐχῆς χρῆσθαι, voto potiri, Plato de Legib. τῆς εὐχῆς τυγχάνω, quod peto obtineo. δι' εὐχῆς ἐστί μοι, i. εὔχομαι, Hermogen. κατ' εὐχὴν, pro deſyderio, pro animi ſententia, ex animi ſententia. μετ' εὐχῆς, optando, Plato de Legib. ‖ πρὸς εὐχὴν, ad votũ.

Εὔχηλος. vide εὔκηλος.

Εὔχιστος, ου, ὁ, eleganter ſectus.

Εὔχλοος κῆπος, vireſcens hortus, Nonnus.

Εὐχλωρὸς, οῦ, ὁ, viridis. τὸ εὔχλωρον, viriditas.

Εὐχολόγιον, ου, τὸ, orarium, libellus.

Εὔχομαι, μ. εὔξομαι, π. ηὖγμαι, iacto, faueo, vota facio, oro, opto, vota nuncupo, vota concipio, ſupplico, preces habeo, veneror, precor, Cic. Datiuo. εὔχομαι τῷ θεῷ, à Deo opto, cap. 26. Act. Apoſt. εὔχομαι τοῖς θεοῖς, Thucyd. Cũ Accuſat. εὔχομαι θυσίαν, nuncupo votum me ſacrificaturum. εὔχομαι ἀθέμιστα, opto nefaſta, Xenoph. Cum Infinitiuo. εὔχομαι σώζειν, idem Xenoph. εὔχομαι τὸν ἀγῶνα κρῖναι, vota facio vt iudicium proferam de certamine, Ariſtoph. εὔξατο τὸν ναὸν ἀναθήσειν, templum ſe vouerat ædificaturum, Plut. in Public. εὔχομαι εἶναι, ſum, Homer. εὔχομαι λαχεῖν, Demoſth. Datiuo & Infinit. Idem, τοῖς θεοῖς εὔχομαι πᾶσι ὑπάρξαι μοι, &c. in oratione pro corona. Xen. εὔχετο πρὸς τοὺς θεοὺς ἁπλῶς τἀγαθὰ διδόναι. εὔχομαι τῷ Διὶ θύσειν, voueo me Ioui immolaturũ, Plutarch. in Theſeo. Xenoph. Accuſat. iunxit & Datiuo, πολλὰ τοῖς θεοῖς εὐχομένην ἀγαθὰ ὑπὲρ σοῦ, multa bona tibi à diis petentem, &c. εὔχομαί σοι ἀγαθόν τι, aliquid boni tibi opto, id eſt, peto, Eurip.

εὔχομαι

εὔχομαι τοῖς θεοῖς ἀγαθά, Demoſth. ἐξ ἑκάστου ἱερεῖον τῷ θεῷ, vouens Deo ſacrificium, pollicitus, Ariſtop. εὔχομαι τῷ θεῷ τὴν μεγίστην χάριν, maximas Deo gratias ago, capite 9. lib. 2. Macchab. εὔχοντο τοῖς θεοῖς πολυχρονίαν, Xenop. Cum præpoſitione, εὔχομαι πρὸς τοὺς θεούς, idem Xenoph. Εὔχομαι etiam pro καυχῶμαι & αὐχοῦμαι, glorior, iacto, prædico, & profiteor. Odyſſ. ξ. ἐκ μὲν κρητάων γένος εὔχομαι, id eſt, ex Creta genus & originem profiteor. & paulò pòſt, τῶν ἐγὼ γένος εὔχομαι εἶναι. Item ibidem abſque Infinit. ἐξ ἑκάστου τι ἴπος ἱερὸν, i. καυχησάμενος, gloriat⁹ & me iactâs. Apoll. 2. Arg. ἐχεν τοῦ, μὲ δ᾽ ἄμμι χαλκῷ στεῖ εὔχομαι εἶ, φασὶ βίην, i. ὅστις ποτὲ ὑπάρχεις. Hom. Ili. α. ἄριστος ἐνὶ στρατῷ εὔχε) εἶ), i. eſſe gloriatur, eſt. εὔχομαι ταύτης γενεῆς εἶ), ex hac familia me ortú eſſe pręme fero, glorior, Idem. εὔχομαι θεὸν, iacto Deum mihi eſſe defenſorem, Euripid. εὔχομαι εἶ) ἐκ σιδῶνος, &c. Odyſſ. ο, profiteor me eſſe ex Sidone.

Εὐχορτος, ὁ, appetens pabuli.

Εὖχος, εος, τὸ, gloria, decus, iactantia, καύχημα, votum. Iliad. ι. ἐμοὶ δὲ μέγ᾽ εὖχος ἔδωκας, id eſt, δόξαν, laudem.

Εὐχρηματέω, opulentus ſum.

Εὐχρηματία, ας, ἡ, opulentia.

*Εὐχρηματεῖν, τὸ πλουτεῖν, diteſcere, Pollux.

Εὐχρηστέω, vtilis ſum, commodè vtor, in commodum meum verto. εὐχρηστεῖ εἰς τὰ ἄκοπα, vtilis eſt acopis, Dioſcorid. lib. 1, c. 94. εὐχρηστεῖν ἀποῤῥιπτέον. λέγε δὲ χρήσιμον, inquit Phrynich.

Εὐχρηστήματα, τὰ, commoda, Cicerone interprete. cuius oppoſitum δυσχρηστήματα, incommoda, in 3. de Finib.

Εὐχρηστία, ας, ἡ, vtilitas, commodus vſus, bonus vſus, vtendi commoditas, Ariſtot. 1. OEconom.

Εὔχρηστος, ου, ὁ, vtilis, cuius vſus & tractatio facilis eſt, vſibus accomodatus, vſitatus, χρήσιμος.

*Εὐχρηστούμενος, magna vtilitate vel cómodo affectus, Athenæus.

Εὐχροεῖν, iucundo eſſe colore, hilarem eſſe.

Εὐχροής, έος, ὁ ἡ, bonum colorem habés: vnde εὐχροὲς δέρμα, Homer. dicitur.

Εὐχροία, elegans color, color nitidus.

Εὔχρους, ὁ ἡ, probè coloratus, cui hilarior eſt color, εὐχρούστερος, qui colore eſt meliore.

Εὔχρως, ὁ ἡ, εὔχρωος, coloratus. εὐχρωμοῦ αἰγὶς, ęgis colore grata, Theoph. lib. 3. hiſtor. plant.

Εὐχυλία, ας, ἡ, ſucci bonitas, gratus ſapor.

Εὔχυλος, ſapidus, vegetus, ſucci plenus, & pręſtantis ſaporis, Gaza.

Εὐχυμία, ας, ἡ, bonus ſapor, ſaporis gratia.

Εὔχυμος, ſapore præſtâs, boni ſucci, bene habitus, Gaza vertit. εὔχυμος τροφὴ, apud Galen. lib. 1. ad Glauc. εὔχυμος πρὸς τὴν ἐδωδὴν, ſapore præſtans, quíque cibo laudatur.

Εὐχωλὴ, ῆς, ἡ, votum, precatio, εὐχὴ, θύσις, Ilia. α. εὐχωλῆς ἐπιμέμφεται. Itẽ iactatio, gloria, elatio, καύχησις, exultatio, ſupplicatio.

Εὐχωλιμαῖος, ὁ, qui vota exequitur, ∫qui votis faciendis conſtitutus eſt. i. εὐχωλαῖς ὑποτελὴς, Herodot.

Εὐχωλιμαῖος, etiam deuoti dicũtur, Athen.

Εὐχώριστος, ὁ ἡ, qui facilè abſoluitur, ſeparatur.

Εὔψυκτος, ὁ ἡ, frigori opportunus.

Εὐψυκτότερον, frigidius.

Εὐψυχέω, μ. ήσω, π. ηκα, animo bene afficior: nam bono animo eſſe dicunt θαῤῥεῖν. Neutr. abſolut.

Εὐψυχία, ας, ἡ, magnanimitas, fortitudo animi. Plato huic opponit κακοψυχίαν, i. animi ſubmiſsionem.

Εὔψυχος, ου, ὁ, lætus, magnanimus, conſtans, animo miti præditus, animoſus, promptus, alacer, felix. τὸ εὔψυχον, ſtrenuitas, generoſitas. εὐψυχότερος ἀὴρ, aer facilius refrigeſcens, Theophr. lib. 5. de cauſ. plant.

Εὕω, μ. εὕσω, π. ηὗκα, illumino, inflammo, φωτίζω, φλογίζω, torreo. Odyſſ. ξ. εὗσέν τε μίστυλλέν τε, i. vſſit, & in fruſta ſecuit, hoc eſt, ſetas flammis abſumpſit: vbi de porcis ſermo eſt. Heſiod. εὕει ἄτερ δαλοῦ.

Εὐώδης, εος, ὁ ἡ, fragrans, odorem vibrâs, qui eſt ꝓbi odoris, odorat⁹, ſuauis, bene ſapid⁹, grat⁹ odoratu. Homer. Iliad. γ. ἐν θαλάμῳ εὐώδει κηώεντι. εὐωδέστατος, fragrantiſſimè olens.

Εὐωδία, ας, ἡ, odor, redolentia, bona fragrantia, Hieronymo interprete, odoris gratia, odoris ſuauitas, ſuauis olentia, Gaza. Dioſcor. lib. 1, cap. 124. inquit, πόλιον βαρύοσμον μετὰ ποσῆς εὐωδίας, polion grauiter odoratum cum quadam ſuauitate. εὐωδίαι γίνονται, conficiuntur odores.

Εὐωδιάζεσθαι, bene odorari. εὐωδιάζω, odoratum reddo, ſum boni odoris, Dionyſ. Dioſcor. eſt χρωματίζειν, aromaticum reddere.

Εὐώδιμοι καρποὶ, fructus guſtabilis, Gaza.

Εὐώδιν, ινος, partu felix. εὐώδινος θαλάσσης, Nonnus, fœcundi maris.

Εὐωνίζω, viliſacio, & ἀπευωνίζω, vilem & contemnendum reddo.

Εὔωνος, ου, ὁ, εὐτελὴς, vilis pretio, cõtemptus, vili empt⁹. Xenoph. εὐωνοτάτους δεῖ φίλους ἀγαθοὺς κτήσασθαι, licet bonos amicos pretio minimo tibi comparare. ὅπου εὔωνον ὠνούμενοι, Demoſthen. huic opponitur τίμιος & ἔντιμος.

Εὐώνυμος, ου, ὁ ἡ, ſiniſter: per εὐφημισμόν. Heſiodus in Theog. γείνατο δ᾽ ἀστερίην εὐώνυμον, peperit aſteriam clarã: vel εὐώνυμον, læuam. ἐπειδὴ τὰ δεξιὰ παρὰ πᾶσιν ἄριστα, τὰ δ᾽ εὐώνυμα ἐνάντιοι μετέχει τῷ ἀγαθοῦ. διὰ τοῦτο εὐώνυμα τὰ ἀριστερὰ, ἐπειδὴ τὸ μὲν τῇ· ἡμέρας φύσει λίαν ἀριστὸν ὄντι τὸ δὲ τῶν ἀρισ ἐλάττω, inquit Interpr. εὐώνυμον κέρας, læuum cornu, Thucydid. τῇ εὐωνύμῳ προτείνας ἐδέξατο, ſiniſtra manu protéta cepit, Plut. in Public. ἐξ εὐωνύμου χειρὸς ἀπέχων, ſiniſtrorſum relĩquês, Herodot. εὐώνυμον δένδρον, euonymos arbor, Theophraſt. lib. 5. hiſtor. plant. Item inſula quædam εὐώνυμα appellata, quòd è Lipara in Siciliam nauigantibus ſiniſtra offertur.

Εὐώνως, vili pretio.

Εὐῶπις, cõſpicuis oculis & pulchris prędita, in Epig.

Εὐωπὸς, bene cernens, aſpectu pulcher

Εὐωρεῖν, ludere, contemnere.

Εὐωρία, ας, ἡ, negligentia, ῥαθυμία.

Εὔωρος, ου, ὁ, neglectus, per antiphraſin: ſicut εὐωριάζειν, negligere: ab εὖ & ὠρεῖν, quod ſeruare & curare ſignificat. εὔωρος γῇ, ἡ τὰ ὡραῖα ἔχουσα.

Εὐωχέομαι, μ. ήσομαι, π. ημαι, edo, epulor, veſcor, conuiuor, cõuiuiũ agito, σιτοῦμαι, ἑστιῶ. Ariſtop. in Plut. ἐθέλω πλουτῶν εὐωχεῖσθ), volo diues epulis frui. Itẽ fruor. Plato 1. de Rep. εὐωχοῦ τοῦ λόγου θαῤῥῶν, fruere animi tui ſententia & ſatiare. Actiuè autem & Paſsiuè accipitur. Lucian. εὐωχοῦντες τὰ θεωρούμενα, cum Accuſatiuo.

Εὐωχέω, μ. ήσω, π. ηκα, conuiuio aliquem excipio, ſeu accipio, conuiuio adhibeo.

Εὐωχέω, conuiuio accipio, ſatio, Plato. Item oblecto, Athen. εὐωχεῖ τοὺς ἑπομένους, comitantibus epulũ præbet, Herodot.

Εὐωχία, ας, ἡ, conuiuium, epulum, conuiuium publicũ, vt ait Pollux, epulæ: περὶ τὸ εὖ ἔχειν ἑαυτῷ, Athen. Plato de Repub. lib. 1, ἀναμιμνησκόμενοι περὶ τὰ ἀφροδίσια καὶ περὶ πότους καὶ εὐωχίας, i. conuiuia. διὰ τὴν εὐωχίαν, epularum gratia.

Εὐωψ, ὁ, boni aſpect⁹. εὐωποθύγατερ διὸς, Soph. de fama.

Ἔφα, dixit, pro ἔφη: à φημί.

Ἐφαάνθην, apparui, eluxi. Apollon. 2. Argon. ἐπειδὴ μάλ᾽ ἠὼς ἐφαάνθη ἠερίη, diluxit.

Ἐφαίρομαι, ſublegor.

Ἐφαλάμενος, ου, ὁ, aſsiliens.

Ἐφάλλομαι, inſilio, reſulto. ἐφάλλεσθαι ἵπποις, aſcendere equos.

Ἐφάλιος, ι, ὁ, & Ἔφαλος, ὁ ἡ, maritimus, παραθαλάσσιος, παράλιος, παράλος, παρὰ vel ἐπὶ θαλάσσῃ ὤν, ἐγχειθάλαττιος. Iliad. β, qui eſt ſuper mare. κλεινόν τ᾽ ἔφαλον.

‖ Ἐφθὰ ταρίχη ἢ θερμὰ, muria condita, apud Plutarch. ſalgama Latinè vocamus.

Ἔφαλσις, εως, ἡ, reſultatio.

Ἔφαμμα, τὸ, indumentum.

Ε'φάμlω, dixi, reſpondi, ἰλογισάμlω, ratus ſum & ſuſpicatus, Homer.

Ε'φάμιλλος, ſimilis, æqualis, æmulus. Iſocrat. ad Demonicū, σκοπεῖν ὅπως ἐφάμιλλος γένῃ τοῖς τοῦ πατρὸς ἐπιτηδεύμασι, videre vt ſis patris ſtudiorum æmulus. ἐφάμιλλος κίνδυνος, par periculum, Polyb. lib. 16. τῶν δὲ λοιπῶν νῦν τοῦ πλήθους ὁ κίνδυνος ἐφάμιλλος lῳ. ἐφάμιλλος ἀγὼν, certamen de quo certatur, Bud. in Epiſt. τὰ ἀνάγκῃ ἐφάμιλλα πάντα, Ariſtid. τὸ ἐφάμιλλον, controuerſum, aduerſarium, hoſtile.

Ε'φαμμα, veſtimentum.

Ε'φαμμος, ὁ καὶ ἡ, arenaceus, arenoſus.

Ε'φαν, dixerūt, ἀντὶ τοῦ ἔφασαν, Βοιωτοί. Hom. Iliad. δ, ὡς ἔφαν.

Ε'φανδάνω, placeo.

Ε'φάπαξ, ſemel.

Ε'φάπλωμα, ατος, τὸ, culcitra, πέπλωμα, Suid.

Ε'φαπτὶς, ίδος, genus ornamenti militaris.

Ε'φάπτομαι, μ. άψομαι, π. αμμαι, attingo, contrecto, amplector, aggredior, inuado. Genitiu. ἐφάπτεσθαι θεοῦ νοῆσαι, Deum intelligere, percipere, Plutar. in Numa, Sophocl. ἱκέτης ἐφάψαι πατρὸς, amplectere patrem ſupplex. τῆς κεφαλῆς ἐφήψατο, caput tetigit. πολλῶν δὲ κάδε' ἐφῆπτο, Homer. dolores multos attigerunt, i. πολλαὶ ἐν κακότητι ἐγένοντο, multis calamitates acciderūt. Item capeſſo, ſuſcipio, Athen. Itē accendo, ardeo, vt νεῖκος ἐφῆπται, contentio exarſit, Hom. Iliad. β, vnde ἐφημμένον, accenſum & ardens. Itē vindico, ἀντέχομαι. Plato de Leg. Eſt etiā τὸ ἐπικρέμαμαι. Hom. Iliad. β, Τρώεσσι δὲ κήδε' ἐφῆπται, impendent. ἐπήρτηται, ἐπικρέμαται, τουτέστιν ἐπίκειται. ἐφαπτόμενον τοῦ τέλους, eſt quod ad finem, & beatitudinem pertinet, Ariſtot. 3. Ethic. Depon. Genit.

Ε'φαπτὸς, ὑπὸ θεοῦ κεχαρισμένος.

Ε'φάπτω, illigo, alligo.

Ε'φαρμογὴ, cōuenientia, cohęrentia, quadratio. Areopag. concinnatio, copulatio, Plut.

Ε'φαρμόζω, μ. όσω, accommodo, adapto, Heſiod. πάντα δὲ οἱ χροῒ κόσμον ἐφήρμοσε Παλλὰς, omnē eius corpori ornatum accomodauit. ἐφαρμόζει εἰς τοῦτο, ad id accomodatur, Ariſtot. in Rhetor. Idē in Prædicam. ἡ ζημία γὰρ τῶν ἄλλων κατηγορειῶν ἐφαρμόζει τῇ ἀδικίᾳ.

Ε'φαρμόττω, congruo, in vnum coeo, cohęreo, adapto, compono, committo. Conſtruitur interdum cum Datiuo. Procl. ἐφαρμόττει ἀλλήλοις. Interdū cum Præpoſitione ἐπὶ. Ariſtot. ἡ δὲ ἀπόδειξις οὐκ ἐφαρμόττει ἐπ' ἄλλο γένος, Bud.

Ε'φαρμῶται, ſerui quidam dicebantur in Creta, Cæl. lib. 13, cap. 49.

Ε'φασαν, dixerunt: ab ἔφlω, Aoriſt. poſteriore verbi φημί. οὐκ ἔφασαν, negarunt.

Ε'φαυσε τὸ πρωῒ, i. exortum eſt mane, aurora illuxit.

Ε'φεδὲς, τὸ, ſuperficiale, humile.

Ε'φέδρα, obſidio, dicitur vt ἕδρα, καθέδρα, ἐξέδρα: ab ἐφέζομαι, Bud. Com.

Ε'φέδρανα, τὰ, natium prominentiæ, ſuper quibus ſedetur, Cæl. lib. 2, cap. 46.

Ε'φεδρεία, ας, ſeſsio, inſidiæ, ſtatio, præſidium. Polyb. οἱ εἰς ἐφεδρείαν ταχθέντες παρὰ Ῥωμαίοις θαυμαστοὶ ἀφέντες τὸ λοιπὸν τὴν ἐφεδρείαν, ſtationem: idem Polyb. & Suid.

Ε'φεδρεῖαι, ſubſidia.

Ε'φεδρεύω, μ. εύσω, π. ευκα, præſideo, ad cuſtodiam ſto. ἐπιτίθεμαι, tendo inſidias, Plutar. Ἀννίβου πᾶσιν ἐφεδρεύοντος, omnibus inſidiante Annibale. ἐφεδρεύειν δὲ ἐκείνοις φίλοις, καὶ συγγενεῖς τῶν ἀπολωλότων, ἀντὶ τοῦ, οἱ δέ τινες ἐξ ὑστέρου τιμωροὶ τῶν ἀπολωλότων, Suid. Interdū victori immineo, vt cū eo quā primum congrediar, Iſocrat. ἀεὶ ἐφεδρ. Itē immineo in occaſionē & calamitatē & in res afflictas alterius, Ariſtot. Polit. 2, ἐφεδρεύειν τοῖς ἀτυχήμασι. Itē inſideo, ſedeo ſuper re aliqua, Idē. Neutrū, Dat. οἱ ἐφεδρεύοντες, qui & ἐπιτεταγμένοι, i. triarii in poſtrema acie collocati, Bud. in Annot.

Ε'φεδρίζειν, exercere ludum puerilem, qui ἐφεδρισμὸς dicitur: & Atticis, ἐν κοτύλῃ.

Ε'φεδρος, ου, ὁ, ſellæ occupator, aſſeſſor, qui aſsidet in cōſultatione, præſes. Item inſidiator. ἔφεδρος γῆς στρατὸς, exercitus terre expoſitus & inſidens, Euripid. σιδηρεῦς ἔφεδρος Sophocl. vnde pro ſubſidiario ponitur, & ſuccenturiato ſubſeſſore. Sic etiam dicebatur ex athletis, cui ſorte obuenerat, vt certantibꝰ aliis, ſpectator ſederet, cōgreſſurus mox cum fatigato, vigens ipſe atque integer viribus, id quod feliciſsimum cenſebatur, Plutar. in Sylla. Sophocl. tranſlatè pro vltimo vſurpauit in Aiace, καὶ μοὶ δυσπρόσπιστος αἴας ξύνεστιν ἔφεδρος. ἀντὶ τοῦ ἔσχατος καὶ ὡς ἔφεδρος ἐπιλείφθη μοι ὁ Αἴας εἰς κακόν, id eſt, aliis prioribus meis malis furor Aiacis poſtremo acceſsit.

Ε'φέζομαι, ſedeo. Heſiod. δενδρέῳ ἐφεζόμενος, ſedēs ſuper arborem ſeu in arbore.

Ε'φέηκα, impulit: ab ἐφίημι.

Ε'φεῖναι ἀσχωρῆσαι, de iudicio vno ad aliud prouocare, Etymol.

Ε'φεῖται, licet, permittitur.

Ε'φείω, immiſero, iniecero. Iliad. α, ὅτε κέν τοι ἀάπτους χεῖρας ἐφείω, id eſt, ἐπιβάλω, ἐπιπέμψω.

Ε'φεκτικὸς, compeſcens, cohibendi vim habens, apud Gell. lib. 11, c. 5. Pyrronii philoſophi dicti ſunt Græcis σκεπτικοὶ, ἐφεκτικοὶ, ἀπορητικοὶ, i. vt ibidem exponitur commentantes, obligantes, ambigentes: vnde & σκεπτικοὶ quoque vocati ſunt. Bud. cunctatores & hęſitatores dici poſſe autumat, ἀπὸ τοῦ ἐπέχειν, quod aſſenſionem retinere ſignificat: de quo anteá. ἐφεκτικὸς ἱδρώτων, cohibens ſudores. τὰ ἐφεκτικὰ, dicuntur aluum aſtringentia. Item deſyderans: vnde ἐφεκτικὰ ῥήματα, Gazæ in Grammat. verba deſyderatiua.

Ε'φεκτικῶς, dubitanter.

Ε'φεκτος, vſura, ad ſextam vſque ſortis partem.

*Ε'φέλκεσθαι, vix ſeſe agere, vel caudā trahere, vel quid ſimile deformiter ſe agendo facere, Plato de Legib.

Ε'φελκὶς, ίδος, genus vlceris, ramentum.

Ε'φελκυστὴς, οῦ, ὁ, adiutor, fautor.

Ε'φελκύω, μ. ύσω, π. υκα, & Ε'φέλκομαι, & Ε'φέλκω, μ. ξω, π. εἷλχα, attraho, elicio, diſtendo, diduco, Accuſ. ἐφελκόμενος πρὸ τὸ κάλυμμα, velamē obtendens, Plutar. in Numa.

Ε'φεὶς, έντος, immittens.

Ε'φεξῆς, deinceps, poſteà, poſthæc, gradatim, ordinatim, ordine. κατὰ τὴν τάξιν, porrò, itemq; cōtinenter. Cū Genit. ἐφεξῆς δ' αὐτῶν, poſt eos, Galen. Cum Datiuo, Plato Epiſt. 7, τὸ, τε ἐφεξῆς τούτοις, deinde, deinceps, id eſt, τὸ μετὰ τοῦτο. ἐφεξῆς τοῖς εἰρημένοις λέγωμεν, deinceps dicamus. Ariſtot. 4. Politic. ὁ ἐφεξῆς, qui ſubinde ſequitur. τὸ ἐφεξῆς, ſequela & ſeries continuanda, Gaza. τὸ ἐφεξῆς τηρεῖται, ſeries commentandi ſeruatur perpetua.

Ε'φεξις, εως, ἡ, prohibitio.

Ε'φέξω, prohibebo, continebo, σχήσω: ab ἐπέχω.

Ε'φέπομαι, μ. έψομαι, π. ημμαι, inſequor, ſum comes. Deponens, Datiuo. dicitur & ἐπέπομαι, pro eodē. Apollon. lib. 1. Argon. κρατερὴ ἐπέψετ' ἀνάγκη, calamitas ſequetur. Xenoph. in Apolog. Socrat. τῶν ἑταίρων ἐκκλέψαι βουλομένων αὐτὸν, οὐκ ἐφείπετο, non eſt aſſenſus.

Ε'φέπω, foueo, teneo, colo, vt lib. 1. Epigram. ζάθεον ἐφέπων ἱερὸν πέδον. Apol. 2. Arg. ἐφέπουσι νῆσον ἐρημαίην, i. ἐνδιατρίβουσι. Heſi. in Theog. βένθεα λίμνης πατρὶ ὁμῶς ἐφέπουσι, id eſt, incolunt. Item obſeruo. Idem de Parcis, παραιβασίας ἐφέπουσι, &c. tranſgreſsiones obſeruantes.

Ε'φερπύζω, irrepo, βαδίζω. Ariſtoph. in Pluto, ἐφ' lῳ ἐπιθυμῶν δαιμονίως ἐφερπύσαι, ad quā accedere mirè cupiebā.

Ε'φέρπω, adſerpo.

Ε'φεσία, celebre certamen, ſeu feſtum in Epheſo.

Ε'φέσιμος, tranſlatiuus: vnde ἐφέσιμος δίκη, eſt cauſa, quæ poſt appellationem agitur. ἐφέσιμος γνῶσις, cognitio prouocabilis, appellabilis, de qua fit appellatio.

Ε'φεσις, ἡ, deſyderium. ἡ τῆς τροφῆς ἔφεσις, alimenti, appetitus, Nazanz. in Orat. ἔφεσιν δοκιμάζει, deſyderiū probat, approbat affectū, Idē. Itē tranſlatio de foro ad forū, i. de iudicio ad iudiciū ꝓuocatio. Lucia. ἡ δὲ ἔφεσις ἐπὶ τὸν Δία, ad Iouem ꝓuocatio eſto, i. ὅπως τὴν ἔφεσιν ἀγωνιῇ, appellatione fru-

ne fruſtrà proſequeris, appellationis cauſã fruſtrà ages. ἔφεσις ἀνυπεύθυνος, dimiſſio abſque caſtigatione, Nazanz. καὶ γὰρ ὅσοις τὰς ἀρχὰς ἔταξε κρίνειν, ὁμοίως καὶ περὶ ἐκείνων εἰς τὸ δικαστήριον ἐφέσεις ἔδωκε τοῖς βουλομένοις, Plut. in Solone. vbi Interp. & quæcũq; iudiciis magiſtratuũ ſubiecerat, de iiſdem in forum adeundi poteſtatem volentibus fecit.

Ἔφεσος, ου, ἡ, Epheſus, ciuitas Ioniæ, vbi ἄρτεμις, i. Diana colebatur, Ariſtoph. νεφ.

Ἐφέσπερος, veſpertinus.

Ἐφέσπομαι, ſequor, Antipater lib. 1. Epigram. δυρόμεθα ... ἐφεσπώμεθα. οὕτω τοῖς ἄφρωσι ξυνεφέσπετο τὸ πάθος.

Ἐφέσσαι, pro ἐπιβιβάσαι. Odyſſ. ο, ἀλλά με νηὸς ἐφέσσαι, pro ἐπιβίβασον τῆς νηὸς χθονίου, in naui ſedere permitte.

Ἐφέσσεσθαι, inſidere, collocare.

Ἐφεστηκὼς, ότος, ὁ, imminens, aduentãs: ab ἐφίσταμαι. vnde ἐφεστήκειν, præfui ſeu præfueram: ab ἐφίσταμαι. ἐφεστηκότες τοῖς πράγμασι, qui ſummæ rerum præfecti ſunt. ἐφεστηκότας τῇ φορᾷ τῆς πολιτείας, Ariſtid.

Ἐφεστιασμένος, conuiuatus.

Ἐφέστιος, ου, ὁ, domeſticus, familiaris, lararius, ſupplex. Lege enim ſancitum erat, vt ſupplices apud larem ſederent taciti. ἥμεθ' ἐφέστιοι, ſedemus ad penates. Hoc nomine quoque appellantur αὐτόχθονες, ciues & indigenæ. Homer. Iliad. β, ἐφέστιοι ὅσσοι ἔασιν, i. ἔνοικοι καὶ πολῖται, cõterranei. ἐφέστιοι θεοὶ, dii penates, qui & penetrales Ciceroni dicuntur. Soph. in Aiace, καὶ σ' ἀντιάζω πρός τ' ἐφεστίου Διὸς, &c. i. τοῦ τιμωμένου ἐν τῇ ἑστίᾳ καὶ ἐφορῶντι τὴν οἰκίαν ... οἱ μὲν γὰρ συνοικοῦντες ... ἐφέστιον Δία ... οἱ δὲ φίλοι τὸν φίλιον, οἱ δὲ ἐν μιᾷ τάξει λεγόμενοι καὶ μιᾷ συμμορίᾳ ἑταιρεῖον, οἱ δὲ ξένοι, ξένιον, οἱ δὲ ἐν ὅρκοις συμφωνίας ποιοῦντες ὅρκιον, οἱ δὲ δεόμενοι, ἱκέσιον, οἱ δὲ ἀδελφοὶ, ὁμόγνιον. ἐφέστιος πηγῆς, accola fontiũ, Apol. ἐφέστιος etiam dicitur, qui iam domi eſt, vel qui domũ introductus eſt. ὁ εἰσοικιζόμενος, Nazan. ἐφέστιον ποιεῖται τὴν δυσμενέα, i. εἰσοικίζεται, vt ibidem.

Ἐφεστίδιον, ου, τὸ, vmbella.

Ἐφεστρὶς, ίδος, ἡ, ſagulũ, exterior veſtis, palliũ, veſtis quæ armatis ſuperinduitur ad tegenda arma. ὡς ἀμφεστρὶς περιβάλλεται αὐτῶν, Polyb.

Ἐφεστὼς, ῶτος, imminẽs, vicari⁹, cui quid cõmiſſum eſt, qui præeſt, præſes, pro ἐφεστηκώς. ἐφεστὼς τῷ βωμῷ, arę præfect⁹, adſtans altari. οἱ ἐφεστῶτες, principes, & ἐφεστὼς πόρρωθεν τῆς παρατάξεως ἰσχύς.

Ἐφέτης, ου, ὁ, epheta, Plutar. in Solone, μηδαμοῦ Δράκοντα λέγειν, μηδ' ὀνομάζειν ἀρεοπαγίτας, ἀλλὰ τοῖς ἐφέταις ἀεὶ διαλέγεσθαι περὶ τῶν φονικῶν, de Areopagitis à Dracone nulla vnquã mentio, quin apparet etiam de rebus capitalibus cum Ephetis ſępercõmunicaſſe. Dicũtur enĩ οἱ ἐφέται, magiſtratus apud Atheniẽſes, qui de capitalib⁹ cauſis iudicabãt. nati erant ſupra quinquageſimum annum, & optimè viuendi exiſtimationem habebant, Etym.

Ἐφετικὸς, ή, όν, deſyderatiu⁹. vnde τὰ ἐφετικὰ ῥήματα, verba deſyderat. vt μαθητιῶ, τομῶ, βαπτιῶ, de quibus Gaza l. 2. (Gramm.

Ἐφετίνδα, genus ludi.

Ἐφετὶς, ancilla.

Ἐφετμὴ, ῆς, ἡ, mandatum, ἐντολὴ, præceptum, iuſſus: ab ἐφίημι. Odyſſ. δ, αἰεὶ βούλοντο θεοὶ μεμνῆσθαι ἐφετμέων. & Ilia. α, θέτις δ' οὐ λήθετ' ἐφετμέων παιδὸς ἑοῦ, non immemor erat ſui filii mandatorum.

Ἐφεύάζων, ouans.

Ἐφεύρατο, conſequutus eſt, accepit, reperit.

Ἐφευρετὴς, οῦ, ὁ, inuentor, excogitator, adinuentor.

Ἐφευρίσκω, μ. ήσω, π. κα, inuenio, adinuenio, cõſequor, excogito. Accuſ. iungitur.

Ἐφεύρειν, aſſequi.

Ἐφεψιάω, diffamo, detraho, irrideo.

Ἐφη φᾶναι, inquit: φᾶναι enim ſuperfluum eſt.

Ἐφήβαιον, ου, τὸ, pubes. τοῖς ἐφηβαίοις τῶν παίδων, pueris, Dioſcorid. lib. 2, ca. 103. ἐφηβαίοις παισὶν, infantibus, ſic Ruell. & Marcell. lib. 1. Dioſcor. cap. 3.

Ἐφήβεια, ας, ἡ, pubertas, adoleſcentia. ἐφηβείη, pro eodẽ, in Epigram.

Ἐφηβεύω, μ. εύσω, π. κα, pubeſco, ad puberem adoleſco ætatem. Neutr. Abſolut.

Ἐφηβία, ας, ἡ, pubertas, iuuentus, adoleſcẽtia, ephebia, prima pars adoleſcentię & extrema pueritiæ, inquit Donat. ἐφηβίαν συστήσασθαι, conſtituere ephebiã, c. 4. l. 2. Macch.

Ἐφήβια, loca puberibus exercendis conſtructa.

Ἐφηβικὸν, locus in theatro, vbi ſpectabant ephebi. τὸ ἐφηβικὸν, pubes, puberum multitudo, Lucian.

Ἔφηβος, ου, ὁ, pubes, adoleſcens. Item poculi genus, Athen. lib. 11. ἔφηβος fœmina incipit eſſe poſt completum annum 12, Theophil. in Inſtitut. ciuil. mas poſt 14.

Ἐφηβότης, ητος, ἡ, pubertas, Idem in Inſtitut. ciuilib.

Ἐφηγέομαι, præſum. ἐφηγεῖται ἐλθὼν τοῖς ἐν τέλει ὄντας ὡς οὐ χρεὼν ὑποχωρῆσαι αὐτοὺς ἀειδεῖν, adit magiſtratus negãtque oportere contemni eorum profectionem, Thucyd.

Ἐφήγησις, cauſæ vel iudicii genus, quũ accuſabatur is cui regione aliqua îterdictũ erat, vt exuli vel homicidę.

Ἐφηδυγράψασθαι, enarrare.

Ἐφήδομαι, μ. ήσομαι, π. ησμαι, malis alienis lętor, inſulto: etiam delector in bonam partem. Gaza ex Cicerone, τοῖς ἀφιλήτοις κακοπαθοῦσιν οἱ σοφοὶ ἐφήδονται. ἥσθημαι τοῖς ὑμετέροις ἐφηδύναι χρηστοῖς, Chryſoſtom.

Ἐφηδύνω, exhilaro.

Ἐφῆκα, immiſi: ab ἐφίημι.

Ἐφήκω, aduenio. Sophocl. in Aiace, καιρὸν ἐφήκεις, auſpicatò accedis, opportunè venis. ἐφήκει, ἐφορμᾷ, ἐπέρχεται, Heſych. ἐφῆκεν ἡμέρα, i. ἐπῆλθε, dies aduenit, Thucyd.

Ἐφῆλιξ, ικος, coætaneus.

Ἐφηλὶς, ίδος, ſeu ἔφηλις, ἡ, tuberculum & aſpredo cutis in facie, ex inflãmatione aut ardore ſolis prognata. ἐφήλεις αἴρει, vitia cutis in facie emendat, Ruellius: aſperam & ſeu ab æſtiuo ſole diſcolorem cutẽ emẽdat, Marcell. l. 4. Dioſc. cap. 242. vide eũdem lib. 1. Dioſcor. ἐφήλεις, vitia cutis in facie, Dioſcor. lib. 1, cap. 184. aſperculę cutis, Hermol. lib. 2. Dioſcor. ἐφηλίδες, pro eodẽ. cap. 20. lib. 2. Dioſcor, vitia quæ diſcolorem cutem faciunt. τὰς ἐν προσώπῳ ἐφήλεις ἀποκαθαίρει, vitia cutis in facie corrigit, Dioſcor. lib. 1, cap. 177.

Ἔφηλος, ου, ὁ, fraudulentus, & maculas ac veluti clauos quoſdã habẽs in facie. c. 21. Leuit. κυρτὸς ἢ ἔφηλος, ἢ πτίλλος τοὺς ὀφθαλμούς, &c. vbi Latinè, ſi gibboſus, ſi lipp⁹, ſi albuginem habens in oculo, &c. vide Heſych.

Ἐφημερία, ας, ἡ, familia, vix vicis. φυλάσσειν ἐφημερίας, ſeruare per vices, capite 9. Paralipomen. ἐξ ἐφημερίας Ἀβιὰ, &c. c. 1. Euãg. Lucæ, de vice Abia. adnotat Eraſ. Grecã vocẽ euidẽtiorẽ eſſe, indicantẽ certos dies eſſe pręſcriptos, in quibus certi ſacerdotũ ordines adminiſtrarent.

Ἐφημερινὸς, ή, ὁ, & Ἐφημέριος, quotidianus.

Ἐφημέριος, diarius, diurnus, eo ipſo die. Homer. vnde μῦθοι ἐφημέριοι, in Epigram. οἱ ἐφημέριοι, caduci, mortales earum rerum periti, quæ indies fiunt, Suidæ.

Ἐφημερὶς, ίδος, ἡ, ephemeris, id eſt, libellus in quo acta quotidiana continentur, commentarius, vulgò memorias vocant. Iuuenal. diurna dixit in plurali. ἐφημερὶς, diarium expoſuit Sempronius Aſello. vide Gell. l. 5, cap. 18.

Ἐφήμερον, lib. 2. Dioſcor. cap. 77. Ephemerum pro herba ſeu frutice venenato. & libr. 3, cap. 32. inter venenata reponitur. de Ephemero idem Dioſcor. lib. 4, c. 85. Ephemeron etiã dicitur Colchicum, quòd in Colchide naſcatur. Idem lib. 6, c. 5. dicitur & à nonnullis βολβὸς ἄγριος. Idem lib. 6, cap. 6. vbi de Ephemeri remediis. ſic autẽ dictũ eſt quòd ſumptum ad vnum diem ſolùm vitam proroget. ἡ γὰρ σὰρξ καὶ τοῖς ἐφήμερον πεπωκόσι ἁρμόζει, caro ipſa iis qui Ephemeron biberint, opifera eſt.

Ἐφήμερος, ου, ὁ καὶ ἡ, in diem viuẽs, diurnus, diarius, diem vnum durans, caducus, breuis, φθαρτός. ἐφήμερος πυρετὸς, ephemera febris, ex tempore vnius diei ſic dicta, quam affert κόπος, i. labor, vt ſcribit Alex. Aphrod. Probl. 88. lib. 1. Item ἐφήμερος, mortalis, homo. Ariſtoph. νεφ. τί με καλεῖς,

ἐφήμερος; αὐτὸ τοῦ ὄντι, ὦ ἐφήμεροι φρονῶν, ὦ ἄνθρωπε. ἐφήμερος τυραννὶς, tyrannis fluxa & breui peritura, Plato Epiſt. 8. ἐφήμερα ζῶα. Ariſtotel. de mundo, animalia in diem victitantia, animalia quæ non diutius quàm diem vnum viuere queunt, Gaza ex lib. 4. de Generat. ἐφήμερον φαρμακὸν, præſens venenum, Plutar. in Themiſt. ἐφήμερον σπέρμα, ſemen ephemeron, i. vnius diei, Plut. ἐφήμεροι χρῆσις, vſus quotidianus, Ariſtot. in Polit. ἐφήμεροι τύχαι, mutabiles rerum vices, Idem Ariſtot. ἐφήμερα χρήματα, Thucydid. ἐφήμεροι πράξεις, diurnæ actiones ἐφήμερος τροφὴ, victus in diem quæſitus. ἀτεχνῶς ἐφήμεροι, breui proculdubio morituri, Plato de Legib. ἐφήμεροι καὶ σατυρικοὶ βίοις, homines in diem viuentes ac victu ſatyrici. Plut. in Galba.

Ἐφημοσύνη, ης, ἡ, præceptum.

Ἐφιάνδανε, placebat.

Ἐφῆπται, incumbit, imminet. Ilia. β. Τρώεσσι δὲ κήδε' ἐφῆπται, i. ἐπήρτηται, ἐπικρέμαται, ἐπίκειται, Troianis mala impédent. ἐφῆπται πείρατα ὀλέθρου, vltimum exitium imminet, Hom.

Ἐφῃρημένος, in alterius locum electus. ἐφῃρημένος ἄρχειν, ſuffectus ad imperandum, Thucyd.

Ἐφήσεις, immittes.

Ἔφησθα, Atticè, pro ἔφης, ἔλεγες, Iliad. α. Plato in Epiſt. ἔφησθα εἶναι σὸν εὕρημα.

Ἐφησθῆναι, lætari.

Ἐφήσομαι, iubebo, imponam.

Ἐφησυχάζω, quietem ago, acquieſco, Bud. in Epiſt.

Ἐφθάκει, anticipauerat: à φθάνω. ἐφθάκει περιληφθεὶς ἀρραβῶσι μεγάλοις τὸν Ὀΐνιον, anticipauerat magnis pignoribus Ouinium, Plutar. in Galba.

Ἐφθάλεος, ου, ὁ, coctus.

Ἐφθημιμερὴς, Hephthemimeres, dimidiat⁹ ex ſeptem, in Comment. Ariſtoph. cæſura, cùm ſyllaba alioqui breuis producitur in principio quarti pedis.

Ἔφθην, præueni. ἔφθην εἰπὼν, antè dixi. ἔφθη δὲ πρὸ τῶν πυλῶν ἐκβοηθήσας, cum ſubſidio pro portis occurrit, Plutar. in Public.

Ἐφθίαται, Ionicè, pro ἔφθινται, corrupti ſunt. & ἐφθίατο, pro ἐφθαρμένοι ἦσαν, Iliad. α, i. perierant.

Ἔφθιτο, interiit.

Ἐφθοπωλεῖον, ου, τὸ, locus vbi aſſata veneunt, forum cupediarium, Athen.

Ἐφθοπώλης, ὁ, cupediarius.

Ἐφθοπώλιον, τὸ, ἐφθοπωλεῖον.

Ἔφθορα, medium Preteritum perfectum: à φθείρω.

Ἐφθὸς, ὁ, ὁ, ſolidus, coctus, elixus, perfectus, purus. εἰς χόνδρον ἐφθὸν τὸν οἶνον ἐπιχέας προσφέρειν, &c. Galen. ad. Glauc. fundens vinum in elixam alicã, adhibe ſeu da. ἐφθὸν χάλκανθον, atramentum ſutorium nomine ephthon, id eſt, coctile, Dioſcorid. lib. 5, cap. 106.

Ἐφθοῦν, coquere, aſſare.

Ἐφιάλτης, ſiue ἐπιάλτης, ου, ὁ, inſultor, dæmõ, Suid. Morb⁹ autem eſt, quum externa quædam vis quieſcentes ſolet inuadere, & pondere ſuo preſſos grauare: à noſtris recentioribus medicis incubus dicitur. Dictus ἀπὸ τοῦ ἐφάλλεσθαι, quòd hominẽ inuadat & premat. Alii ab Ephialte quodam dictũ volunt, de quo Hom. Ody. 11. Themiſon πνιγάλιωνα vocat, ἀπὸ τοῦ πνίγειν. Quidam Græcorũ definiũt τὴν εἰς κεφαλὴν ἀναπέμπουσαν ἀναθυμίασιν ἐξ ἀδηφαγίας καὶ ἀπεψίας, id eſt, redundantem in caput euaporationem ex voracitate ac cruditate. Itẽ ἐφιάλτης, Ephialtes ciuis Athenienſis, qui Areopagit. potentiã ſuſtulit, Plut. in Pericl.

Ἐφιδρόω, μ. ώσω, ſudo, ſudore langueo.

Ἐφίδρωσις, εος, ἡ, ſudor.

Ἐφίεμαι, mando, ἐντέλλομαι. Odyſſ. υ, ὑμῖν δ' αὖ ἐγὼ ὧδε ἐφίεμαι, τάδ' εἰρω, i. ἐπιτάττω: vnde ἐφετμὴ ἐντολὴ, præceptũ & iuſſus. Sophocl. in Aiace, τοῦτό σοι δ' ἐφίεμαι, τοιάνδ' ἀεί μοι σύμμαχον παρεστάναι, hoc verò tibi præcipio, vt talem te mihi ſemper ſociam exhibeas. Item, appeto, volo, ἐπιθυμῶ, cupio, cupidus ſum, amore captus ſum, Polyb. ἀγαθῆς φύσεως καὶ τῆς ἀρετῆς φιλοτίμως ἐφιεμένων. Idẽ in Aiace, ἐγώ σ' ἐφίεμαι χαίρειν, velĩ te gaudere & ſaluere. Xenoph. in Apolog. Socr. τῆς ἀρετῆς ἐφίεσθαι, virtutis ſtudioſum eſſe Plato in Epiſt. ἡ τυραννίδος ἐφίεσθαι. Item capto ad ictum de ſigno, στοχάζομαι, Plut. Latini petere dicũt. Cicer. Omnes ſcelerati vnum me petunt, i. ἐπὶ ἐμοῦ ἐφίενται. πρὸς τί τοῦτ' ἐφίεσαι; ad quid iſtud petis? Eſt & τὸ ἐπιτρέπομαι, quũ mihi indulgetur & permittitur. Ariſtot. τῶν μεταφορῶν. vt notat Bud. οὐκ ἐφίετο αὐτοῖς τέχνης ἅψασθαι βαναύσου, eos prohibebat ſordidam artem attingere, in Lycurg. Plut. ἐφίεται, licet.

Ἐφίερα, τὰ, donaria.

Ἐφιζάνω, inſideo, ſedeo, Neutr. Datiu. ἐφίζανε θώκῳ, ſedebat in ſede, Apollon. Rhod.

Ἐφίημι, μ. ήσω, π. εικα, mando, τὸ ἐντέλλομαι καὶ προστάττω: vnde ἐφετμή. Item τὸ ἐποτρύνω καὶ ἐφορμῶ ἀναγκάζω. Iliad. ι, ὅτ' ἐμ' ἐχθοδοπῆσαι ἐφήσεις, i. vrgebis, coges. & Ody. ξ, ἐφῆκε πολύφρονά περ μάλ' ἀεῖσαι, i. impulit, ἀνῆκε. Item pro ἐπιτρέπω, i. indulgeo. ἐνδίδωμι, obſequor. ἐφιέναι τῷ θυμῷ, animo indulgere. ἐφιέναι ταῖς ἡδοναῖς, indulgere voluptatibus, Nazanz. ὅλην ἐφεὶς τὴν ἡνίαν, totas relaxans habenas, Idẽ. Significat & ἐφίημι, prouoco ad aliud iudicium: vnde ἔφεσις appellatio. δίκην ἔλεγον τοὺς δικαστὰς ἐφεῖναι, dicebãt Athenienſes, quũ ab arbitris ad iudices appellabãt, vt notat Bud. in Epiſt. poſter. τοῖς φελλοῖς ἐφεὶς τὸ σῶμα, ſuberi committens corpus, Plut. in Camillo. Chryſoſt. ἀεὶ ἱερουργεῖ. ταῦτα προσθεῖναι ἃ καὶ τὸν πόλεμον ποιοῦνται ἐφεῖναι δυνήσονται. Item ἐφίημι, pro immitto, infero. ἐφιέναι χεῖρας μνηστῆρσι, inijcere manus in procos. Homer. Iliad. α. πολύστονα κήδε' ἐφῆκεν, i. ἐπέπεμψε. οὐκ ἐφίεσαν αὐτοῖς τὴν ἡγεμονίαν, ad eos non detulerunt imperiũ. Thucydid. ἐφίημι τὴν ὀργὴν, effundo in te iram, Plato de Legib. ἐφιεῖτε κάλως λαιφός, in Epigram. cõmittite rudentibus vela. | ἐφίημι τὸν ἵππον, admitto, id eſt, ad admiſſuram & coitum applico, Ariſtot.

Ἐφικνέομαι, μ. ίξομαι, π. ιγμαι, μέσος ἀόρ. β. ἐφικόμην, aſſequor, attingo, exequor, aſpiro, Deponens, Genit. Iſocrat. τῆς ἀρετῆς ἐφικέσθαι, virtutem conſequi. ὧν ἔργων ἐφικνοῦμαι, quæ exequor, Gaza de Senect. Λακεδαιμόνιοι τῶν πολεμίων τοῖς ξίφεσιν ἐφικνοῦνται, Lacedęmonii hoſtes enſibus aſſequũtur. Cũ Accuſat. ἐφικνεῖται πολλὺν τόπον, ſpatium perlongum permeat, Theophr. lib. 9. hiſtor. plant. Cum Infin. Lucian. in Alcyone, οἱ τὰ τοιαῦτα θεωρεῖν ἐφικνούμενοι, qui hęc mentis acie poſſunt aſſequi. Cum Præpoſit. Xenoph. ἐφικέσθαι μὲν ἐπὶ τοσαύτην γῆν, &c.

Ἐφικτὸς, οῦ, ὁ, poſsibilis, comprehenſibilis, qui comprehendi poteſt, δυνατός: huic opponitur ἀνέφικτος. οὐκ ἦν ἐφικτὸν μοι, id mihi erat concedẽdum, cap. 15. lib. 2. Macchab. ἐφικτὸν ἡγούμενος τὸ ἔργον, opus, quàm à ſe confici poſſet, maius ratus, Plutarch. in Themiſtocle. ὅσον ἡμῖν ἐφικτὸν, quantum nobis datur aſſequi. ἐφικτὸν ἐπὶ πᾶν, quod vndique attingi poteſt, Gaza. ὡς ἐφικτὸν ἐστιν ἀνθρώποις, vt eſt hominũ facultas, Plut. in Publ. ὅσον ἐφικτὸν, quantũ licet, Nazã. κατὰ τὸ ἡμῖν ἐφικτὸν, pro viribus, Idẽ. Ariſto. de mũdo, καθόσον ἐφικτὸν, θεολογῶμεν περὶ τούτων, quã fieri poteſt maximè cõmẽtemur, &c. Lucia. πολλὰ φαίνεται ἡμῖν καὶ τῶν δυνατῶν ἀδύνατα καὶ τῶν ἐφικτῶν ἀνέφικτα. Chryſoſt. ὅσον ἡμῖν ἐφικτὸν, quantum nobis datur aſſequi.

Ἐφίλκεις, cutis vitia, lentigines.

Ἐφίμερος, ου, ὁ καὶ ἡ, deſyderabilis. Heſiod. ἄτερ φιλότητος ἐφιμέρου.

Ἐφίνεις, τὰς ἐπὶ τοῦ ἰνίου σάρκας.

Ἐφιππάζομαι, vehor equo.

Ἐφιππαρχία, ας, ἡ, turma equitũ mille & vigĩtiquatuor.

Ἐφίππειος, ου, ὁ, equitatorius, equeſter. ἐφίππειος ſeu ἐφίππιος δρόμος, curſus equeſtris, Plato de Legib.

Ἐφίππιον, ου, τὸ, ephippium, i. equi ſella.

Ἔφιππος, ου, ὁ, eques, qui in equo ſedet. & adiectiuẽ, ἔφιππος ἀγὼν. χλῶντα ἔφιππον, Soph. ἔφιππος βίος, equeſtris vita, Philo. ἔφιππος ἀνδριάς, ſtatua equeſtris, Plut. in Pub. Idẽ in Fabio, ἔφιππον εἰκόνα χαλκῆν, equeſtrẽ ex ære ſtatuã.

Ἐφίπταμαι, inuolo, as. λειμῶνας ἐφίπταται, prata peruolat, ſeu inuolat, Nazanz.

Ἐφίσταμαι, τὸ ἐξαίφνης ἵσταμαι, καὶ ἐφορμῶμαι, opprimo, Imineo, vrgeo, adorior, aduenio, inſto, apppeto. Cũ Dat. Sophocl. οἷοι ἡμῖν ἐφεστᾶσι πόνοι, nobis imminẽt & impen-

dent. ἐφίσασθαι, ὅπως ἂν ἄριστα πόλις οἰκοῖτο, &c. Lucianus in Anacharſi, inſiſtere, vt quàm optimè ciuitas habitetur. ἐφίσταται τῷ ἀνδρὶ, inſtat viro, Philoſtr. ἐφεστώμενος εἰς τοὺς ὄχλους, Iſocrat. ſtans ſeu inſtans apud turbas. Eſt etiam aggredior aliquid tractandum vel dicendum, ad ídque animũ adiicio. ἐφισταμένων δοκεῖν, Ariſtot. lib. de mundo: vbi Budæus, operibus faciendis inſtantem, curatoris operum officio perfungi. ἔργῳ τῷ τυχόντι ἐφίστασθαι, Ibidem, cuilibet operi incumbere. Præterea reſiſto, reſtito, progredi nequeo, claudor, deſino, quod etiã ἐπέχομαι dicitur: ὁ δὲ ἐπιδιώκοντο ἄφθη καὶ ἄφθη ἐφιστάμενος, ſubinde reſtiſtãs. Significat etiam præfectus ſum. Item exto, innato, ſupernato, exiſto. τὸ ἐφιστάμενον, pingue lactis, Herodot. ἐφίσταται γάλακτι, lacti ſupernatat, Dioſcorid. lib. 1, cap. 96. ἐφιστάμενον ἔλαιον, innatãs oleum. ἐφιστῆται μηδὲν γυμναζῇ, nihil ſordis emergat, Ruellius: ſubſidat, Marcellus lib. 5. Dioſcoridis, cap. 76.

Ε'φεκτέον, ſiſto, cohibeo, Dioſcor. lib. 4, cap. 17. Cũ Accuſat. Item quæro, ζητοῦν.

Ε'φίστημι, μ. ἐπιστήσω, π. ἐπέστακα, ſuperſto, incumbo, adhibeo, adiicio. ἐφιστᾶσι τὸν ἀγῶνα, certamen ſtatuto tempore celebrãt, Herodot. ἐπέστησαν αὐτοῖς, ſuperuenerunt eis, cap. 4. Act. Apoſt. ἐπιστήσας τοῖς γάμοις αἰδῶ καὶ τάξιν, quum ordinem & pudorem iugali copulæ adhibuiſſet, Plut. in Lycurgo. ἐπέστησε τοῖς ὅλοις διακοσμήσεως ἀρχὴν νοῦν καθαρὸν, &c. rerum principia locauit in mente pura, Plutarch. in Pericle. καθ' ὅ, τι ἂν αὐτοῖς ἐπιστήσω τὴν γνώμην, Iſocrat. ἐφιστάναι ἐπὶ τὰς θύρας, Demoſth. ἐπέστησεν αἰδῶ πολλὴν ταῖς γυναιξὶ, mulieribus pudoris multum adiecit, Plutarch. in Numa. ἐπιστήσας τετρακισχιλίους ὁπλίτας τῇ διεξόδῳ ἐπὶ ἐφεξῆς, ad fauces quatuor millia militum collocauit, Plutarch. in Fabio. ἐφίστησι δίξια πεδηθεῖς, Eurip. ἐφίστημι τέλος, finem facio, Plato de Legib. ἐπέστησέ μοι χηρείαν ἄωρον, Chryſoſt. de offic. Epiſcop. iniecit mihi intempeſtiuam viduitatem. ἐπιστήσω τὸ πρόσωπόν μου ἐπὶ τὸν ἄνθρωπον ἐκεῖνον, ponam faciem meã contra hominem illum, cap. 20. Leuitici. Item τὸ τάττω, præficio. ἐφιστάναι τοῖς πράγμασιν ἓξ ἄνδρας, ſex viros rebus præfeciſſe, Plutarch. in Camillo. Lucian. in Cauc. ἐπειδὰν γὰρ ἐπιστῇ τις, &c. tibi imponeret, tibi apponeret ſeu adhiberet. ἐφιστάναι προστάτας, i. ἐφίστασθαι, Ariſtoph. ἐπιστήσας ἄρχοντας, præſides præficiens, Herodot. ἐφεστῶτες τοῖς Αἰγυπτίοις, AEgyptiorum præpoſiti, Idem. ἐπέστησε ταῖς πύλαις φύλακας, portis cuſtodes præpoſuit. ἐπιστήσας ταῖς θύραις φύλακα τὴν ἑαυτοῦ γυναῖκα, vbi vxori ſuæ fores cuſtodiendi negotiũ dediſſet, Plutarch. in Publicola. ἐπιστῆσαι τοῖς πράγμασι τὸν φρονιμώτατον, rebus prudentiſſimum præficere, Idẽ in Solone. ἐπέστησε τούτῳ παιδαγωγὸν, huic præfecit pædagogum, Idem in Lycurgo. Significat etiam admoueo, animum intendo, animaduerto. Ariſtotel. de mundo, τούτοις ἐπιστήσαντες, his intenti: vbi τὴν διάνοιαν ſubaudire oportet. Idem alibi plena oratione vſus eſt, περὶ τὰς ὁρισμῶν ἐπιστήσας τὴν διάνοιαν, incumbens animo ad definitiones explicandas. Polyb. etiam cum περὶ, δεῖ δὲ ἐπιμελέστερον ἐπιστῆσαι περὶ τῶν τοιούτων, diligentius conſiderare talia, Bud. Comm. ἐπιστήσας τοῖς ποιήμασι, animum intendens poematis, Plutar. Idem in Numa, ἀετὸν δοκεῖ πραΰναι φωναῖς τισιν ἐπιστήσας, καὶ καταγαγὼν ὑψιπετάμενον, aquilam videtur manſuefeciſſe, quibuſdam vocibus excantans, ſuperneque volantem deducens. Item inſto, immineo, ἐπιστὰς τῷ τείχει, muro imminens, ad murum inſtans, Plutarch. in Camillo. ἐπέστη αὐτοῖς, ex alto eis imminuit, cap. 2. Lucæ Euangel. ἐπιστάντες τῇ οἰκίᾳ, domum vrgentes, adorti, imminentes, Eraſm. cap. 17. Actor. Apoſtol. μόνοι ἐφέστατον πύλαις, ſoli conſiſtitis ad fores, Euripid. Item ſiſto, firmo, retineo, reprimo coerceo, Plutarch. de Cæſare, καὶ τὴν πορείαν ἐπιστήσας, & greſſum coercens & reſiſtens. Quemadmodum autem παρίστημι ſignificat aſſiſtere ad iudicium, ita ἐφίστημι eſt ſiſtere aliquem, & vt præſto ſit vel præſens facere, & vt inter negotium tractandum adueniat, etiam vt interdum importunus adſit, & tractantes agentéſque opprimat, Demoſthenes περὶ ἐφόδων. ἐπέστησαν τοῦ πλοῦ, curſum inhibuerunt, Thucydides. ἐφιστᾶσι τὰ νεμόμενα, reprimens quæ depaſcunt, Dioſcorid. lib. 1, cap. 151.

Ε'φίστω, αὐτὶ τοῦ ἐφιστάσθω, præfice. Iſocrat. ad Nicocl. τοιούτους ἐφίστη τοῖς πράγμασι, &c.

Ε'φιστορεῖν, inquirere, ἱστορεῖν.

Ε'φόβει, εἰς φόβον ἦγε.

Ε'φοδεία, munus obeundi vigilitas, & excubias inſpiciendi.

Ε'φοδεύομαι, & Ε'φοδεύω, percurro, luſtro, obeo, circũeo vigilias, Saluſt. ἐφοδεύομαι τὰς φυλακὰς, ὁ τὸν στρατὸν, adorior, inſtruo. ἐφοδεύων πάντα, omnia luſtrat, adit, Nazanzen. in Orat.

Ε'φοδιάζομαι, viatico donor, viaticum ſumo vel accipio, pro viatico exigo, do viaticum. Datiuo & Accuſat. Xenoph. in omiſſis, paro viaticum. ἐκ τῶν ἀλλοτρίων ἐφοδιάσθητι, ex aliis commeatum ſume, i. viaticare, Nazanz.

Ε'φοδιάζω, μ. άσω, π. ακα, do viaticum, inſtituo, inſtruo, Gregorius pro baptiſmo donare morientẽm dixit, Budæus Commentar. ἐφοδιάζειν ἀργίαν, concedere inertiæ, alere inertiam, Plutarch. in Solone. ἐφόδιον ἐφοδιάσεις αὐτὸν, dabis ei viaticum, cap. 15. Deuteronom. Gellius lib. 17, cap. 2, refert Q. Claudium viaticum magnum pro magna facultate & paratu magno poſuiſſe nouè, Græcos ſecutum, qui ἐφόδιον ſumptum vix ad aliarum quoque rerum apparatus traducunt, ac ſæpe ἐφόδιον pro eo dicunt, quod eſt, inſtitue & inſtrue.

Ε'φόδιον, ου, τὸ, commeatus, viaticum, i. quicquid iter agendi cauſa neceſſarium eſt, ſiue ſit cibus, ſiue pecunia ad victum expendenda. τὰ ἐφόδια, quæ ſunt pro alimento, Ariſtot. in Problem. de naturalis caloris alimento. ἐφόδιον, vix auxiliũ vocat Virgil. 1. AEneid. Auxiliúmq; viæ veteres tellure recludit Theſauros. ἐφόδια δούς, commeatũ præbens, Plato in Epiſt. ἐφόδιον παιδείας ὁ πλοῦτος καὶ σχολὴ, viaticum, i. facultas & paratus doctrinæ & vitii diuitiæ. Ε'φόδιον & ὁρμητήριον penè pro eodem Themiſtius de anima accipit, i. facultas ſeu apparatus, ſubſidiũ, compẽdiúmve ad rem quãlibet, gradus. Demoſt. ἐφόδιον λαβὼν τὸ τὴν συγγενείαν τότε καλεῖν, anſam & occaſionẽ cauſámque arripiens. Item metaphoricè, τὸ δέλεαρ, ἡ ἀπάτη.

Ε"φοδον, ex impetu, ſtatim.

Ε"φοδος, ου, ἡ, acceſſus, aditus, inuaſio, impetus, incurſus, βλάβη, apparatus, viaticum, inſtrumentum. ἐφορμησις, aductus, profectio, expeditio, occaſio, facultas, ratio. Dioſcor. lib. 6, cap. 1, καὶ ἡ μὲν πρὸς τὸ μὴ ὀξέως ἁλίσκεσθαι πλανωμένοις, ἔφοδος αὕτη, eſt quidem ne decepti facilè capiamur hæc ratio. Item ἔφοδος dicitur principium è directo ad narrationem tendens. diuus Gregorius videtur pro epicheremate ponere, dum inquit, τί γάρ τοῦτο καταλήψεσθαι θεὸν εἰ ὅλως ταῖς λογικαῖς πιστεύεις ἐφόδοις, id eſt, ſi argumentis ſperas Deum comprehendere te poſſe. Hermogenes libro 4. de Inuentione, capite vltimo, χρησόμεθα δὲ ταῖς ἐπιχειρήμασι καὶ ταῖς ἐφόδοις μελετητικαῖς: vbi Interpres, μελετητικὰς ἐφόδους, τὰς ἐργασίας, οἶμαι, καὶ τὰ ἐνθυμήματα καὶ τὰ ἄλλα καλεῖ. ἔφοδον ποιοῦμαι, ſuſcipio expeditionem, Thucydides. λογικαῖς ἐφόδοις πιστεύεις, argutis humanæ rationis indaginibus niteris, Nazanzenus. πρὸς τὴν ἔφοδον αὐτοῖς μὴ σύμφορα πράσσοντες, dum inuaderent vtilitatis ſuæ rationem non habentes. ἔφοδος τῆς γνώμης, id eſt, τὸ δέλεαρ, ἡ ἀπάτη, Interpr. Thucydidis.

Ε'φοδος, ου, ὁ καὶ ἡ, immunitus. Item, ἐφοδεύων, circuitor, vigiliarum cognitor, ‖ qui vigilias recenſet, Polyb. Item impetus aggredientis, & infeſta aggreſſio.

Ε'φόλκαιον, ου, τὸ, temo, πηδάλιον. ἀπὸ τοῦ ἐφέλκεσθαι τὴν ναῦν, ἢ ἐφέλκεσθαι ὑπὸ τῆς νεώς. Odyſſ. ξ, ἐξεῖον ἐφόλκαιον καταβάς: vbi tamen vide num legendum ſit ἐφ' ὁλκαῖον, per, ſeu ſuper temonem dela pſus.

* Ε'φοδεία, vigiliarum circuitio & recenſio. Polyb. ἡ δὲ τῆς ἐφοδείας πάσης εἰς τοὺς ἱππεῖς ἀνατίθεται.

Ἐφολκία, ας, ἡ consequentia, vt lembus magnæ nauis.

Ἐφόλκιον, τὸ, nauicula, ex qua in maiorem nauem vectores admittũtur.‖ Pro appẽdice accepiſſe videtur Plutarch. quum domum Pompeii ὥσπερ ἐφόλκιον τοῦ θριάμβου αὐτοῦ eſſe dicit. Itẽ ſarcina, quod trahitur. Ariſtid. βοῶν συμμιγὰς ἵππων καὶ ἀνδρῶν καὶ ἄλλων ἐφολκίων τοῦ στρατοπέδου.

Ἐφολκὶς, ίδος, ἡ, ſcapha, i. parua nauis, ea quæ ſequitur maiorem, Euripides.

Ἐφολκὸς, οῦ, ὁ ἐπαγωγὸς, alliciens, illex: & ἐφολκὰ τὰ ἀγαθὰ δυνάμεσι, Heſych. (σω. Dati.

Ἐφομαρτέω, μ. ήσω, π. ηκα, ſequor, ἀπακολουθῶ, ὁμοῦ ἀκολ-

Ἐφοπλίζω, μ. ίσω, π. ικα, armo, paro, ἑτοιμάζω, παρασκευάζω, inſtruo. Iliad. θ. δόρπα γέροντι ἐφοπλίζομεν.

Ἐφόπτης, ου, ὁ, inſpector.

Ἐφορατικὸς, οῦ, inſpector, Xenoph. in OEcon.

Ἐφοράω, μ. ἐπόψομαι, π. ἐφεώρακα, interdum ſimpliciter video ſeu aſpicio.‖ Interdum obſeruo, quod aſpicientis prouidentiam ſignificat. Nazanz. ὡς ἐφορῶντος οὐδενὸς τὰ ἡμέτερα, i. tanquam nulla eſſet prouidentia. Significat etiã recognoſco, recenſeo, & quod Latinè dicitur inſpicio: vulgò viſito dicunt. Accuſatiuo.

Ἐφόρβιον, τὸ, ephorbium. Dioſcorid. lib. 1. in præfatione Nigrum carpit, qui dixerit ephorbium, ſuccum eſſe chamęleæ herbæ, quæ in Italia naſcitur.

Ἐφορεῖον, ου, τὸ, Ephororũ curia, Plutarch. in Apophth.

Ἐφορεία, magiſtratus nomẽ, apud Ariſtot. lib. 2. Polit.

Ἐφορεύω, ago ephorum, inſpectionem habeo, ἐπιστατεύω ὑπὸ τῆς ἐν σπάρτῃ ἐφορείας, Heſych.

Ἐφορεία, ας, ἡ, tutela, inſpectio. ‖ Ἐφορείας fines interpretatur Demoſte. in oratione contra Ariſtocratẽ: aliunde nempe factum vocabulum ἀπὸ τῆς ὁρίων τῆς χώρας.

Ἐφορμάομαι, ineo, cieo, Heſiod. ὁπότ' ἤμελλε τὸ πρῶτον συνίντας ἐφορμήσειν ξίφεσιν, quãdo erat certamina initurus.

Ἐφορμάω, μ. ήσω, π. ηκα, irruo, impetũ facio, inſilio, aggredior, impetu feror. ἐφορμηθέντες, incitati, ingruentes. Cum Accuſ. Homer. Iliad. γ. οἵ μοι ἐφώρμησαν πόλεμον, qui mihi mouerunt bellum, i. ἐπελθεῖν ἢ ἐφορμᾶται ἐποίησαν. Sophocl. in Aiace, pro incito, ναύτας ἐφορμῶντα τε χειμῶνος τὸ πνεῦν, inſtigantem nautas, ad nauigandum tempore tempeſtatis. ἐφορμούμεναι ὑπὸ τῶν πολεμίων, ab hoſtibus obſeſſæ, Thucydid. Cum Datiuo. ἐφορμῶντα τῷ λιμένι, portum ſubiens, Idem Thucydid. ἐφορμοῦσιν ἀλλήλοις, obſidentur, Idem. Ariſtid. τῆς δὲ ἐφ' ἑκάστῃ τῇ θαλάττῃ τοῖς αἰγιαλοῖς ἐφορμεῖσθαι τον. &c. Cum Præpoſitione. ἐφορμῶν πρὸς τοὺς πολεμίους, in hoſtes irruens.

Ἐφορμέω, μ. ήσω, π. ηκα, maneo in portu, ſtationem habeo. Neutr. abſol.

Ἐφόρμησις, inuadendi occaſio, obſidio, aggreſsio, nauiũ ingreſſus, ἔφοδος, impetus. ἐφόρμησιν παρέχειν, aggredi, Thucydides.

Ἐφορμίζομαι, feror impetu, irruo. ἐφορμίζομαι ἐς λιμένα, portum ſubeo, Idem.

Ἔφορμος, ου, ingreſſus nauium, ſtatio claſsis. ἐφόρμους ποιοῦνται, ingreſſum nauibus muniunt, Thucydid. Græcus Interpres exponit ἐφόρμους, τοὺς ναυτικοὺς ἐφόδους.

Ἔφορμος, ὁ ἡ, ἡ, habens ſtationem.

Ἔφορος, ου, ὁ, ephorus, pręſes, pręfectus. ἔφοροι apud Lacedæmonios numero quinque, ab ἐφορᾶν dicti, qui res ciuitatis intuerentur atq; curarent, & qui regibus erant oppoſiti, Cicero. lib. 3. de Leg. ὁ τῆς πόλεως ἔφορος ὢν, Ariſtid.

Ἐφόσον, ſiue ἐφ' ὅσον, in quantum, quatenus, quoad. ὕπνος ἐφόσον ἥδιστος, ſomnus dulciſsimus, Lucianus. ἐφόσον ἐδύνατο, quoad potuit.

Ἐφράσατο, animaduertit.

Ἔφυ, eſt, fuit, euenit. Phocylid. ἐκ ἀγαθὸν πλουτίζειν ἔφυ θνητοῖσιν γένεσιν, pro ὑπάρχει.

Ἐφυβρίζω, contumeliam dico, conuitium facio.

Ἐφυβριστὴρ, ῆρος, ὁ, contumelioſus, in Epigramm.

Ἐφυβριστὴς, οῦ, ὁ, contumelioſus.

Ἐφύβριστος, contumelioſus, probroſus. ἐφύβριστος λόγος, probroſum verbum. vnde ἐφυβρίστως Aduerb.

Ἔφυγρος, ου, ὁ, riguus, vliginoſus, humeſcens.

Ἐφυδάτιος, ου, ὁ, aquaticus, vdus.

Ἐφυδρεύω, μ. εύσω, irrigo, ἐφυδραίνομαι, adaquor.

Ἐφυδρία, ας, ἡ, vrna tam vini quàm aquæ.

Ἔφυδρος, ου, ὁ, aquaticus, vdus, ὕδωρ ἐπάγων. ὀδ. ξ. ζέφυρος μέγας αἰὲν ἔφυδρος. ἐν ἐφύδροις τόποις φύεται, in aquoſis locis naſcitur, Dioſcorid. lib. 1, cap. 14.

Ἐφύδωρ, erat apparitor ille apud Athenienſes, qui clepſydris moderandis præfectus erat.

Ἐφύει, ſuperpluit, i. pluuia ſtatim ſequitur, Bud. Com.

Ἐφυμνεῖν, decantare, ἐπᾴδειν, Plato de Leg.

Ἐφύμνιον, poſt hymnum carmen, canticum, quod hymno ſuccinitur: vt ἐπῳδὸν, epodion, quod ᾠδῆ: vulgò verſiculum vocant, Bud. in Epiſt. prior. Apollon. 2, ἔνθεν δὴ τόδε καλὸν ἐφύμνιον ἔπλετο φοίβῳ.

Ἔφυν, ortus ſum, natus ſum, Euripid. τῶν δ' ἔφυν, ex hoc orta ſum & nata. Et ἔφυν pro ἐφύησαν. Homer. ὀδ. ε, ὡς ἄρα πυκνοὶ ἀλλήλοισιν ἔφυν ἐπαμοιβαδὶς, i. ἐπεφύκεσαν, ὑπῆρχον.

Ἐφύπερθεν, ſuperius. ἐφύπερθε τάνυσσεν, Homer. 1. ὑπεράνωθεν. ἐφύπερθε κεφαλῆς, in Epigram. ſuper caput.

* Ἐφυπέρθυρον, ου, τὸ, ſuperliminare, τὸ ἐπὶ τοῦ ὑπερθύρου.

Ἐφυπνίδιον λαλάγον, in Epig. ſonorũ ſomnũ inducẽtiũ.

* Ἐφυσμένος, imbre perfuſus, Xenoph.

Ἐφυστερίζοντα, τὰ, ſubſequentia, poſteriora, τὰ ὕστερον γ-

Ἐφώριος, ὁ ἡ, ἡ, tempeſtiuus. (γνόμενα.

Ἔχαδον, ἀπὸ τοῦ χάζω, vel χανδάνω, capax fui, continui.

*Ἐχάνη, ἡ, viatorium quoddam vaſculum.

Ἐχέβοιον, ου, τὸ, lorum quo bos aratro alligatur.

Μαζονόμιον, & μαζονόμος, ου, τὸ, tabula lignea coquinaria, ſiue lanx prægrandis, qua cibi feruntur in conuiuia, vt innuit Horat. quum ait. Mazonomo pueri magno diſcerpta ferētes Membra gruis. caniſtrum, Etym. vide in Chil. Eraſm. Mazonomum captio.

Μαζὸς, οὐ, ὁ, papilla, mamma, mamilla, propriè viri. Homer. Iliad. δ. [illegible] vide Schol. Hom. Iliad. ε, de muliere Herodot.

Μάθαλις, poculum aut menſura quædam.

Μάθυια, maxillæ.

Μάθημα, ατος, τὸ, diſciplina, documentum, præceptum, doctrina, eruditio, præceptio, ars, ars diſciplinaris, inſtitutio, cognitio, monumentum. μαθήματα ποιητῶν, poetarū monumēta, Plato de Leg. [illegible], i. loci. Hermog. [illegible] Plato Epiſt. 7. ἰδόντες ὅσα μαθήματα ἔστι, videntes quā multa ſint diſcenda.

Μαθηματικὸς, diſciplinis vacans, doctus, diſcendi cupidus, ingenioſus, mathematicus.

Μάθησις, ἡ, diſciplina, doctrina. [illegible] dixit Ariſtot. de mundo, pro craſsiori minerua dicere. μαθήσεως ὀξύτης, acumen ingenii, Plato de Legib. ἡ μάθησις τῶν γραμμάτων, literarum cognitio, Ariſtot. 8. Politic. [illegible] auſculto, Thucyd. ad diſco, Ariſtot. [illegible] verba educuntur, Gaza.

Μαθητεύω, diſcam. vide μανθάνω.

Μαθητεία, ἡ, diſciplina, doctrina.

Μαθητέον, diſcere oportet. à μανθάνω.

Μαθητεύω, μαθητεύσω, & [illegible], doceo, Actiu. Accuſat. Quū verò Abſol. ponitur, ſignificat diſcipulum eſſe: vt cap. 27. Euang. Matt. [illegible], diſcipulus fuit Iēſu.

Μαθητὴς, οῦ, ὁ, diſcipulus.

Μαθητιάω, diſcituriō, (vt ita dicam), cupio diſcere. Ariſtoph. [illegible]

Μαθητὸς, ὡ, ὁ, qui per diſciplinam cognoſci poteſt, qui diſci poteſt, qui diſciplina acquiri poteſt, ſub diſciplinā cadēs.

Μαθήτρια, ας, ἡ, diſcipula.

Μαθητρὶς, vt αὐλητρὶς, non μαθήτρια, probatur à Thoma Magiſtro.

Μαθεύω, quæro, ζητῶ.

Μαθὼν, οντος, i, diſcens, edoctus, gnarus, agnoſcens.

Μαῖα, ας, ἡ, Atlantis filia, Mercurii parens. μαῖα ab Heſiodo dicitur. Hoc itē nomine amita, ſiue patris matriſque mater intelligitur. Item nutrix & obſtetrix, id eſt, ea quæ medelæ cauſa parientibus aſsiſtit, quæque vmbilicum præcidit, quam ὀμφαλητόμον etiam nuncupant. Eſt & [illegible], i. honeſta aduerſ ætate grandiorem allocutio, vtpote qua honoris cauſa vtebantur natu maiores ad nutricem, vel mulieres alioqui natu maiores.

Μαῖαι, αἱ, maximum genus cancrorum, apud Ariſtot. Gaza Maiam reddit.

Μαιάνδρος, vertex, gyrus.

Μαιάδος, pro μαίας. Ody. ξ, [illegible], &c.

Μαιευτικὸς, ὁ, nutritius.

Μαιεία, obſtetricatus, μαίευσις.

Μαιεύω, & Μαιεύομαι, obſtetricor, quæro, inquiro, Deponens. μαιεύεται ἡ Ἄρτεμις, Diana eſt obſtetrix, Lucian. μαιεύεσθαι pro abortum conciliare dixit Philoſtrat. [illegible], terror quilibet ſatis eſſe poteſt abigendo fœtui.

Μαίωσις, obſtetrix, & eius officium.

Μαιώτεια, ας, ἡ, μαιωτική.

Μαιμάω, eheu, οἴμοι.

Μαιμάω

Μαιδόλης,ου,ὁ,inſanus.

Μαιμάζω,ſalio,conſumo,ſtrepo,fluctuo,cupio.

Μαιμακτηριὼν, ῶνος,ὁ, Ianuarius à Suida dicitur: à Gaza Septembris,lib.5.Animal. Ariſtot.ex Demoſth.intelligitur menſis hybernus fuiſſe: vel ſecundùm alios Auguſtus,ἀπὸ τοῦ μαιμάκτου διός.

Μαιμάκτης,ου,ὁ,furore percitus.

Μαιμᾶν,ruere.

Μαίμαξ,μαιμάκτης.

Μαιμάσσω,μ. άσω,π. αχα, pinſo, abſtergo, ſupero,ſum promptus.

Μαιμάω,cupio,deſydero.μαιμάοντες ἄνδρες, inſtincti furiis,Herodot.

Μαιμώσσα,inſana,vehementer incita,ſanguinis auida, quaſi αἱμώσσα, τοῦ μ πλεονάζοντος,μαιμώσσης,Genit.Sophocles in Aiace,ἐπίχει χεῖρα μαιμώσσαν φόνου.

Μαιμώμενος,ὁρμώμενος,ζητῶν.

Μαιμώσσω,quæro, Nicand. Theophr. ὄρνεα μαιμώσσοντα ἐπιτήδεια.

Μαιμώων,ſe mouens,ὁρμῶν,κινούμενος. Apoll.1.Argon.ὣς ὅγε μαιμώων.

Μαιμώωσα,properans.Iliad.ι, αἰχμὴ δ' ἔσσυτο μαιμώωσα. i. ἐσσυμένως, ὀξέως ὁρμῶσα, ἡ τοῦ αἵματος γευστικῶς ἔχουσα. ἢ ἔστιν αἱμώωσα καὶ ἐν πλεονασμῷ τοῦ μ,μαιμώωσα, inquit Interpres. Inuenitur cum Genit.pro auida, 2.Argon. Apoll. ἐλαχίστου μαιμώωσαι ἐδητύος,cupidæ cibi,ἐπιθυμοῦσαι.

Μαινάς,άδος,ἡ, Mænas.

Μαινίδιον,τὸ,halecula, Ariſtot.6.Animal.

Μαίνη,ης,ἡ,in Epigram.& Μαινίς,ίδος,ἡ,mena piſcis, halec,vel halecula, Theodor.Interp.Perſ.Menáq; quòd prima nondum defecerit orca.

Μαινόλιος βάκχος,furens Bacchus,in Epigram.

Μαίνομαι,μ.μανοῦμαι,vel μανήσομαι,inſanio,ferocio,deſipio. μαίνομαι τῇ τόλμῃ, inſana ſum audacior, Xenoph.1.Pædiæ.πλεῖν ἢ μαίνομαι, i. μᾶλλον, &c. pluſquàm inſanio,i. quàm depereo & concupiſco: vnde γυναικομανής. μαίνεται θυμῷ,Hom.μὴ μαίνου,ne inſanias, pro μὴ μανείης, Ariſtop. μαινόμενος, veſanus. Interdum idem quòd μαινομένας διὰ τὴν μέθην, de Bacchο Homer. μαινομένη ἄμπελος, vitis inſana, Theophr.lib.1.de cauſ.plant.μάλιστα μαινομένη,in Epigr. μαινόμενα καλύμματα, inſana connubia, Plato de Legib. Accipitur aliquando in bonam partem,vt ſit, præ gaudio inſanio.Sophocles in Aiace dixit,γελᾷ δὲ τοῖς μαινομένοις ἄχεσι,id eſt, τοῖς διὰ τὴν μανίαν συμβεβηκόσι, quæ propter furorem contigerunt.

Μαίομαι,inquiro,ἐρευνῶ,ζητῶ,,quæro,ἐπιζητῶ.Odyſſ.ξ, ἐφαίνετο κάρδιον εἶη μαίεσθαι. Item cupio,Apoll.2.μαιομένοισι κῶας ἄγειν.

Μαιονίδης ὅμηρος,in Epigram.

Μαιόομαι,μ.ώσομαι, obſtetricor, ad pariẽdum adiuuo, lib.1.Epigram.ἠμπλακεν ἀφὲς ἤρκτει μαιωσάσθαι γαστέρας ἡμετέρας. Item lib.eodem,ὑμέας ἀφειμένη μαιώσατο,τόλμα δ' ἔτικτε.

Μαιούμεναι,αἱ,obſtetricantes.

Μαῖρα,canicula,ſummus æſtus,luna.

Μαίρω,luceo.

Μαίσων,coquina,vorax.

Μαιῶτις,ιδος,ἡ, Mæotis,palus eſt.

Μαίωτρα,obſtetricationis præmia.

Μάκαιρα,ας,ἡ,beata,fortunata,dea,Ariſtoph.ὦ τ' ἐφίστω μάκαιρα πάσχουσ' ἔχεις οἶκον.

Μάκαρος,beatus,Etym.

Μάκαρ,ρος,ὁ καὶ ἡ,beatus.Iliad.γ.ὦ μάκαρ ἀτρείδη,&c.Item πλούσιος,i.diues,apud Heſiod.ἀνὴρ πυργρόος τίκτεται μακάρων δὲ φύσις. Item μάκαρες,dii appellantur,εἰ μὴ παθόντες τὸ κακόν.

Μακαρία,ας,ἡ,beata:& per ἀφημισμὸν,pernicies. Ariſtophan.ἄπαγ' ἐς μακαρίαν ἐκ ποδῶν. Fingunt & apud inferos locum eſſe hoc nomine,de quo Eraſm. Prouerb.In beatam.Eſt & hoc nomine Herculis filia,quæ pro ſalute ciuium ſeipſam mactãdam obtulit,obſeſsis ab Euriſthæo Athenienſibus.

Μακαρίζω,μ.ίσω,π.ικα, beatifico,beatum iudico,gratulor,beatum me iacto. Actiu.Accuſat.μακαρίζω χελώνας τοῦ δέρματος,Ariſtophan.

Μακάριος,ου,ὁ,beatus.σὺ ὁ μὲν κακεῖ, τουτέστι φθονεῖ ἐπαινούμενος.Lucian. πολύ σου βελτίων καὶ μακαριώτερος, te multò præſtantior & felicior.Ariſtot.7.Ethic.τὴν δ' εὐδαιμονίαν οἱ πολλοὶ μεθ' ἡδονῆς εἶναί φασι:διὸ καὶ τὸν μακάριον ὠνομάκασιν ἀπὸ τοῦ χαίρειν,felicitatem plurimi cum voluptate eſſe dicunt:vnde & beatum à gaudendo nominarunt. ὦ μακάριε τῆς τύχης, Ariſtophan: vnde μακαρίως,feliciter,apud eundem.

Μακαριότης,ητος,ἡ,beatitudo felicitas,Chryſoſt. Plato in Epiſt. βίος ἀμήχανος μακαριότητι, vita beatiſsima,vita felicitatis admirandæ.

Μακαρίς,ἡ,beata,locus apud inferos.

Μακαρισμὸς,οῦ,ὁ, beatitudo, beatificatio. vide ζῆλος in Ammonio.

Μακαριστὸν,τὸ,beatitudo,diuinitas.

Μακαριστὸς πρὸς πάντων, apud Herodot. qui beatus ab omnibus prædicandus eſt.Xenoph.lib.2.ἄπομαι. τὴν μακαριστοτάτην δ' εὐδαιμονίαν κεκτῆσθαι, maximè prædicandam felicitatem poſsidere.

Μακαρίτης,& μακαρῖτις,in Fœmin.genere dici ſolet,cũ nominamus defunctos vita,quaſi beatos: vt nũc felicis memoriæ dicimus. Lucian.de luctu,ἵασιν ἀναπαύσασθαι περὶ τοῦ μακαρίτου δαίμονος.Ariſtop.in Pluto,μακαρίτην βίον,beatam vitam dixit,id eſt,μακάριον βίον.ὡς μακαρίτην,ὦ δάματερ τὸν βίον αὐτῷ κατέλεξας.

Μάκαρος,ου,ὁ,felix.

Μάκαρς,idem,Etymolog.

Μακάρτατος,ου, ὁ, beatiſsimus. & μακάρτερος felicior,apud Nonnum.

Μακαρτὸς,ὁ,felix,beatus,opulentus,in Epigram.

Μακεδνὸς,οῦ,ὁ,excelſus,eminens.

Μακεδονίζω,faueo Macedonibus.

Μακεδονικὸν φάρμακον, medicamentum Macedonicum. vnum eſt τῶν λυπουμένων,Galen.lib.2.ad Glauc.

Μάκελλα,ης,ἡ, ligo,nis. παρὰ τὸ κέλλειν, ὃ ἐστι κινεῖν καὶ τέμνειν μετὰ βίας.ἡ γὰρ δίκελλα δίχα διακέλλει.Heſiod.ſecundam ſyllabam corripit,δμωὸς ἔχων μακέλλην. μακέλλῃ διὸς,Ariſtoph.

Μάκελλον,ου,τὸ,macellum.Diuus Paulus cap.10.prioris ad Corinthios,τὸ ἐν μακέλλῳ πωλούμενον,&c.

Μακέλλω,moueo.

Μάκερ,ερος,cortex Indicus,qui Macis in officinis vocatur.

Μακιόκρανος,epithetum vpupæ:à capitis criſta.

Μακίστηρ,ὁ,telum,βέλος.

Μάκιστος,longiſsimus,μέγιστος, Sophocl.Schol.

Μακκοάν,delirare:proprium ſenum.

Μακκοάω,decipio,ſimulo me non audire,ἀγνοεῖν. Ariſtophan.in Equit.τὸ τοῦ δήμου ἀνθρώπου μακκοᾷ:à Macco quodam eius ingenii muliere. ἢ παρὰ τὸ μὴ κοεῖν, Etymol.

Μάκορ,ορος,ligo,inſtrumentum ruſticum.

Μακούνιον,τὸ, retis genus, quod turdis tenditur, quod & περίλη à quibuſdam dicitur.

Μάκρα,ἡ,labrum ſiue lauachrum oblõgius, apud Galenum,& apud Artemidorum panarius alueolus,ſiue arca,vt annotat Cornarius: niſi fortè μάκτρα contra fidem exemplaris legendum ſit.

Μακρὰ,τὰ,putei aut laci profundi, Homer.

Μακρὰ, Aduerb. ſignificat μεγάλως. Vide Etym. μακρὰ κλάειν, μακρὰ οἰμώζειν,μακρὰ χαίρειν,μακρὰ κωκύειν, Ariſtoph.

Μακραδρομώτατοι,οἱ,qui longiſsimè currunt.

Μακραίων,ωνος,ὁ,πολυχρόνιος,diuturnus,longæuus.

Μακρὰν,longè,diu,procul.Lucian. ἀφίξεται σοι φίλος οὐκ εἰς μακράν,breui veniet.οὐκ ἐς μακράν, breui, Ariſtop. μακρὰν ἀποικῶ, longè habito, Plato de Legib. μὴ μακρὰν ἀπέλθῃς, Ariſtophan.μακρὰν ἂν ἔλθοιμι,longum iter facerem, Plato de Legib.ἡ μακρὰν ἐλθόντας τινὰς, longè quopiam euntes, Idem in Epiſtol.ὁ μακρὰν ἀποδεῖν δεῖ,Ariſtophan. Iſocrat. μακρὰν ἀπόντας ἀγαπῶν,longè diſtantes amore proſequun-

tur. μακρὰ χαίρειν, dicebant longum gaudere, prouerbij vice, de iis rebus quibus nuntiũ remittebant. μακρὰ χαίρειν φράσας, Lucian,

Μακραύχενος, ν, cui eſt collum prælongum.

Μακραίων, ωνος, ὁ, longæuus, diuturnus.

Μακρέτιμος, idem.

Μακρηγορέω, μ. ήσω, π. ηκα, prolixa vtor oratione. Neutr. Abſol. Philo de mundo, τί χρὴ μακρηγορεῖν περὶ πυρός; quid opus eſt verboſius diſputare de igne?

Μακρὶς, Eubœa inſula.

Μακρόβιος, ου, ὁ ἡ, ἡ, longeuus, viuax.

Μακροβιότης, ητος, ἡ, longæuitas, vitæ longitudo.

Μακροβιότερος, viuacior, apud Ariſtot.

Μακροδάκτυλοι, quibus prælongi digiti.

Μακρόθεν, procul, à longè, eminus.

Μακροθυμέω, μ. ήσω, π. ηκα, ſum patiens & longanimis, ſum leni animo. Neutr. abſolut.

Μακροθυμία, ας, ἡ, longanimitas, tolerantia.

Μακρόθυμος, ου, ὁ, longanimus, magnanimus.

Μακροκατάληκτος, ὁ ἡ, ἡ, dictio in longam deſinens.

Μακρόκαυλος, habens longos caules.

Μακρόκερκος, cui cauda eſt porrecta.

Μακρόκολλα, τὰ, maiores & longiores chartæ, quas Catul. regias vocat: quę eodẽ modo πρωτόκολλα nominãtur.

Μακροκωλία, ας, ἡ, longitudo colorum, Hermog.

Μακρόμηλος, ν, longimembris.

Μακρόλοβος, ου, ὁ ἡ, ἡ, ſiliqua longa incluſus.

Μακρολογέω, μ. ήσω, π. ηκα, multa loquor, Neutr. abſol.

Μακρολογία, ἡ, ſermo nimium prolixus.

Μακρολόγος, multiloquus, impendio loquax.

Μάκρον, promontorium Siciliæ.

Μακρὸν, procul, μακρά.

Μακρονοσία, ας, ἡ, longitudo morbi.

Μακροπαραληκτεῖν, in penultimam longam deſinere.

Μακροπαρώνιος, ου, ὁ, longè contumelioſiſsimus.

Μακρόπτερος, ου, longas alas habens.

Μακροπώγων, ωνος, ὁ, cui eſt promiſſa barba.

Μακρορριζία, ας, ἡ, longitudo radicum.

Μακρόρριζος, ὁ ἡ, longas radices habens.

Μακρὸς, ά, ὸν, longus, altus, porrectus, ſerus, lõginquus, βαθὺς, id eſt, profundus, Iliad. φ. μακρὸς βίος, Sophocles, id eſt, ἡ ἐπὶ πολὺ ἐκτεινομένη ζωή. μακρὰ ψυχή. ἡ διὰ μακρᾶς, non ſerò, non ſeriùs, Phalaris in Epiſtol. ἐς μακρὴν, in longum, diu, Herodot. dicitur & εἰς μακρὸν, pro eodem. μακραὶ ναῦς, αἱ τεσσαρες, Ariſtoph. μακρὸν πλοῖον, longa nauis, Iſocrat. μακρὰ δένδρα, id eſt, βαθέα, quemadmodum φρέατα μακρὰ nominat Homer. Philoſtrat. in Heroicis. μακρῶν γόων, Sophocl. id eſt, μεγάλων ἢ πολυχρονίων, Ariſtophan. ἐπὶ μακρὸν, longè, Xenophon. ἐπὶ μακρότατον, longiſsimè, Thucydid. ἐς τὰ μακρότατα, i. ἐπὶ πλεῖστον. τὸ μακρότατον, ad ſummum. ὅσον μακρότατον δυνατός εἰμι, quã lõgiſsimè poſſum, Herodot.

Μακροσκελὴς, έος, ὁ ἡ, ἡ, qui cruribus eſt longis. μακροσκελεῖς, οἱ, lõgipedes, quibus crura ſunt prolixa ſeu prę lõga.

Μακροστέλεχος, ὁ ἡ, ἡ, qui eſt caudice longo.

Μακρότερον, vlterius, diuturnius, ſuprà, Plato.

Μακρότης, ητος, ἡ, longitudo.

Μακροτομεῖν, longè amputare, μέρη ἀμπελουργεῖν: ἀ τόμεω. μακροτομεῖν ἄμπελον, vitem reſecare ad longum palmitem, Gaza ex libro tertio de cauſis plantarum Theophraſti. ἐν τῷ μακροτομεῖν, in longitudine reciſionis.

Μακρότομος ἄμπελος, vitis in lõgo palmite amputanda.

Μακροτράχηλοι ἵπποι, Iliad. ψ, id eſt, magni, à parte, Didymus.

Μακροφυὴς, έος, ὁ ἡ, ἡ, prælongus, ſua natura longus.

Μακροφλυαρίτης, ου, ὁ, prolixus nugator.

Μακρόφυλλος, ὁ ἡ, ἡ, folijs longus.

Μακρόχειρ, ειρος, ὁ, longimanus.

Μακροχρόνιος, ου, ὁ, diuturnus, longæuus.

Μακρυνω, μ. υνῶ, π. κα, elongo, Actiu. Accuſ.

Μακρῷ, multó. μακρῷ ἀμείνων, longè melior, Plato de Legib. μακρῷ ἀρίστη, longe optima. μακρῷ τάχιστα, longè celerrimum, Idem ibidem.

Μακρῶς, longè, ſeró.

Μακτὴρ, mactra, diphthera, ſaltationis genus.

Μάκτης, qui mazas pinſit.

Μάκτρα, ας, ἡ, mactra, vas in quo pinſitur farina, arca panaria, colum ſeu mortarium, Nicand.

Μακύνω, magnifico, rectifico, elongo.

Μακών, vociferans, in longitudinem extenſus.

Μάλα, ας, ἡ, μάλη.

Μάλα, Aduerb. valde, λίαν, πάνυ, multúm. μάλ' αὖθις, ἢ δή, ſanè, Ariſtophan. μάλα γε, ſanè quidem, Idem. μάλα δή γε, ſed valde quidem, imò verò, Idem Ariſtophan. ἦ μάλα, profectò, Homer. Iliad. γ. ἦ μάλα τοῦτό γ' ἴσος γνωμεῖς τις ἐοικώς, id eſt, ὄντως δή. ἦ μάλα δὴ, ὄντως δὴ, Apollon. καὶ μάλα, pro καὶ, Ariſtophan. μάλα σφόδρα, valde vehementer, id eſt, magnoperé. apud Platonem. μάλα τοι, ſanè quidem, concedentis cum affirmatione, vt καὶ μάλα & πάνυ γε. Xenoph. μάλα τοι, φᾶναι τὸν ἀειλίαν, &c. vtique, prius quidem. οὐ μάλα, non ferè.

Μαλάγας, ſaccus, vter.

Μάλαγμα, ατος, τὸ, malagma, fomentum.

Μαλάκια, τὰ, appellantur piſces, qui ſpinam non habent, vt polypus, ſepia, vrtica. hi etiam & ſanguine & inteſtinis carent.

Μαλακία, ας, ἡ, ἀπὸ τοῦ μάλακος, Plinio eſt mollities quædam prægnantium & defectio, quum languentes modò hoc, modò illud appetunt: adeò vt terram quoque vorare appetant, nonnullæ carbones etiam extinctos, aut cimoliam, que res κίσσα appellatur. διὰ τὸ ποικίλον τῆ ζώου τῆ κίσσης, id eſt, ex auis varietate traxit. Eſt & in ſtomacho μαλακία, hoc eſt, debilitas, lãguor, ignauia, animi mollities, μαλακίαν ἐπίμηνον οἱ λαχανικοί, Nazanzen. Apud Cæſarem libro tertiò belli gallici, μαλακία maris dicitur, pro tranquillitate, ac velut mollitie, Cæl. lib. 3, cap. 15.

Μαλάκια, τὰ, mollia, animalia quædam natandi perita, Ariſtot. 1. Animal. vide μαλάκεια.

Μαλακιᾶν, mollem eſſe, & mollicie laborare.

Μαλακίας, ὁ, μαλακός.

Μαλακιῶσι, frigoris cauſa dolentes & contracti.

Μαλακίζομαι, μ. ίσομαι, π. ισμαι, molleſco, emollior, ſum ignauus. Propriè eſt mulierum prægnantium. Interdum de viris, πονηρῶς aut κακῶς ἔχω, ἀσθενῶ, ægroto. Deponens, Datiuo, vt μὴ ἐάσῃ μαλακισθῶμεν ἀπαλῇ καὶ ἀκρίτῳ, Gregor. Aliquando Accuſat. cum Præpoſitione πρὸς, Xenoph. πρὸς τὸν θάνατον ἐμαλακίσατο, ad mortem fuit inſtrenuus. μαλακισθεὶς, qui ignauiter egit.

Μαλάκιον, muliebris ornatus.

Μαλακίον, molliculus, Ariſtoph.

Μαλακιῶσαι τὰς ῥῖνας, torpeſcentes naribus.

Μαλακογνώμων, ονος, ὁ ἡ, ἡ, mitis corde, placabilis, Æſchylo.

Μαλακόδερμος, qui cute molli obducitur, molli cute incluſus, molli putamine conſtans, cute molli intectus. μαλακόδερμα, ῷα, quæ molli cute integuntur, vt in piſcibus.

Μαλακοκρανεὺς, έος, ὁ, molliceps auis, Ariſtoteles nono Animalium.

Μαλακοπύρηνος, ου, ὁ, molli ligno aut nucleo. μαλακοπύρηνος καρπὸς, fructus cum ligno intus molli, id eſt, cum nucleo, qui eſt molli nucleo.

Μαλακὸς, ά, ὸν, mollis, placidus, mitis, tardus, indulgẽs, tactui cedens. ei opponitur σκληρὸς, Xenoph. μαλακὸς ὁ ἄδικος περὶ τὰ ῥᾴθυμα, mollis circa deſidiam, Ariſtot. in Rhetoricis. μαλακὸς οἶνος, molle delinienſque vinum, Gaza ex Problem. Ariſtot. μαλακὸς χιτὼν, i. ἁπαλὸς, τρυφερὸς, Hom. μαλακῶς ὕπνῳ, i. ἀσφαλεῖ, ἡδεῖ, Idẽ. μαλακὸν ἐνδιδόναι, remittere apud Herod. ἐν μαλακῷ, ſanũ, apud Quintil. nihil aliud ſignificat, quã in carnis mollitie & raritate ſummã intelligi mẽtis perſpicaciã: quoniã ita affectis facile quicquid eſt redundantis copiæ digeritur: fatuos verò ac rudes

παχυδέρμους, quaſi craſſipelles Græci vocant, Cæl.lib.3, cap.15. μαλακὸν φῶς τὸ ποιεῖν, Xenoph. μαλακαῖς χερσὶν ἀνατρίβειν, mollibus manibus fricare, Galen. τὸ μαλακὸν τοῦ ἀμυγδάλου, nucleus amygdali, Ariſtot.9.Animal.

Μάλακος, ὁ, accẽtu in antepenultima, nomen hiſtorici apud Athenæum.

Μαλακόστρακα, quæ cruſtis tenuibus operiuntur, cruſta intecta. μαλακόστρακα ζῶα, animalia quib⁹ cruſta pro tegmine habetur, vt omne genus cancrorum, Gaza ex Ariſtot. cruſtata & cruſtacea idem vertit.

Μαλακότης, ητος, ἡ, mollities, mollitudo, indulgentia.

Μαλακόφλοιος, cortice molli veſtitus.

Μαλακτικὸς, οῦ, ὁ, mollificatiuus, emolliens. τὰ μαλακτικὰ φάρμακα, Galen.ad Glauc.

Μαλακτὸς, οῦ, ὁ, emollibilis.

Μαλακύνομαι, μ. ὕνομαι, π. υμμαι, molliorem me præbeo, emollior. Depon.abſol.

Μαλακύνω, emollio, Galen.ad Glauc.

Μαλάκυνσις, εως, ἡ, emollitio.

Μαλακύνω, μ. ύνω, π. υγκα, mollio. Actiu. Accuſ.

Μαλακῶς ἔχειν, incommoda eſſe valetudine, ægrotare, μαλακίζεσθαι.

Μαλακτὴρ, ῆρος, ὁ, mollificator.

Μαλάξαι, vel μαλάξαι, mitigare, mulcere.

Μάλαξις, εως, ἡ, mollitudo.

Μάλαινος, collum, ceruix.

Μαλάττομαι, miteſco.

Μαλάττω, μ. άξω, π. αχα, mollio, ſubigo, χαυνόω, ἀπαλύνω, καὶ μαλακτόω, εὐμαλθόω. Actiu. Accuſ. iung.

Μαλάχη, ης, ἡ, malua. Heſiod. οὐδ' ὅσον ἐν μαλάχῃ, &c.

Μαλάκια, τὰ, aquatilia quæcunque oſſibus carent, & ſanguine inteſtiniſque: vt ſepia, polypus. Quidam cum ει ſcribunt μαλάκεια, & μαλάκια.

Μάλεια, ας, ἡ, Malea promontorium Laconiæ, quod & ſine diphthongo ſcribitur: nã anceps tam eſt apud Græcos quàm Latinos.

Μαλεῖν, augere, creſcere.

Μαλερὸς, οῦ, ὁ, pernicioſus, vſtiuus, ſæuus, feruidus, acutus, ſiccus, acris. μαλερὸν πῦρ, Apollon. Item imbecillis, corruptibilis, εὔφθαρτος, μαραντικὸς τῶν ἁπαλῶν σωμάτων, durus, σκληρὸς, Euſtath. Iliad. π.

Μάλη, ης, ἡ, ala, axilla, μασχάλη. Vnde prouerb. ὑπὸ μάλης, Sub alis, in adulatores, de quo Eraſm. Chil. Exiſtimat Thomas magiſter huius vocis rectum caſum nõ eſſe in vſu, ſed ſolùm patrium, vt ὑπὸ μάλης ἔχων πῦρ τὰς ἀσπίδας, apud Syneſium lib. de prouidentia.

Μαλθακευνία, ας, ἡ, lectorum mollities.

Μαλθακία, ας, ἡ, mollities.

Μαλθακίζομαι, otio langueo, dedo me deſidiæ, Plato in Epiſtol. δεῖν ἐμὲ πλουτεῖν, καὶ μὴ μαλθακίζεσθαι.

Μαλθακίζω, μ. ίσω, π. ικα, mollio. Accuſ.

Μαλθακόχαρις χάριτι, molli gratiæ, in Epigram.

Μαλθακιστὶ & μαλθακιστέα, molliter agendũ & ſegniter, Ariſtoph. πρ. οὐ μαλθακιστέ' ἀλλὰ ἀνεγκλητέα.

Μαλθακὸς, οῦ, ὁ, mollis, delicatus, languidus. τὸ τῆς γῆς μαλθακὸν, humus ſubacta, Gaza de Seneɛt.

Μάλθαξις, εως, ἡ, remollitio, fomentum, Hippocrat.

Μαλθάσσω, mollio, lenio.

Μάλθη, ης, ἡ, cera mollita, qua vtuntur ad tabularum ferruminationem.

Μαλθώδης, emollitus, cereus.

Μάλθων, ὁ, muliebris, diſſolutus, & tyranni proprium.

Μαλιασμὸς, aſinorum morbus, κόρυζα, καὶ ῥεῦμα ἀεὶ τῶν μυκτήρων.

Μαλιναθάλλη, ἡ, planta in AEgypto naſcens, Theoph. lib.4.hiſt.plant.

Μάλιστα, maximè, ſuper omnia, maiorem in modum. Thucyd. pro exactè poſuit. μάλιστα πάντων, maximè, Ariſtoph. affirmantis eſt. μάλιστα πάντων ἀνθρώπων, ſupra omnes homines, Demoſth. μάλιστα τῶν ζώων, omnium præcipuè animalium. μάλιστ' αὖ τοῦ στρατεύματος ἐπελθόντος, ad ſummam ibi peruentum eſſet perniciem. Thucydid. μάλιστα ἥρθρωται, quoad fieri poteſt, conſiſtit, Ariſtotel. in Problem. πολλῷ μάλιστα, multò maximè, vt Cicero pro L.Manil. Multo maxima parte dignitatis atq; imperii caruit. μάλιστα μακρῷ, lõgè plurimũ. Additur etiã nominibus numeralibus pro ferè, circiter, quodãmodo, vt plurimum, Thucyd. lib.2. διεῖχον δὲ ἀπ' ἀλλήλων σταδίους μάλιστα ἑπτὰ τῆς θαλάσσης, id eſt, ſeptem ferè ſtadia, Interpres Græc. καθ' ἀκρίβειαν exponit, ἀκριβῶς. μάλιστα τετραμμένον, tertia fermè pars, Thucy. Ariſtot. de mundo, μῆκος δὲ περὶ ἑπτακισμυρίους μάλιστα σταδίους, i. longitudo ad ſeptuaginta ſtadiorum milia: ſic vertit Budæus. Ponitur interdum affirmatiuè in reſponſione. Xenoph. ἆρα οὖν, ἔφη, τεχνῖται εἰσὶν οἱ χρήσιμόν τι ποιεῖν ἐπιστάμενοι. μάλιστά γε, ἔφη, maximè, inquit Ariſtoph. Καρ. δῆλον ὅτι τῶν χρηστῶν τις, ὡς ἔοικας, εἶ. Δικ. μάλιστα. μάλιστα pro μᾶλλον. Ariſtophan. νεφ. εἰκὸς δὲ μάλιστα τοὺς γέροντας ἢ τοὺς νέους τι κλάειν, i. magis vel potius quàm. τὰ μάλιστα, potiſsimum, maximé. τὰ μάλιστα ἐλθεῖν εἰς ἔχθραν, maximas contraxiſſe inimicitias. τὰ μάλιστα, ὑπερβαλλόντως, Thucyd. τὰ μάλιστα ἡρμοσμένος, decentiſsimè coagmẽtatus, maxima ex parte digeſtus. οὐ μέντοι τὰ μάλιστα, non tamen vniuerſaliter, Ariſtot. in Problem. ἐν τοῖς μάλιστα, in primis, Thucyd. Interpres exponit, ἐν τοῖς ἰσχυροτάτοις. ἐς τὰ μάλιστα, maxima ex parte. εἰς τὰ μάλιστα πλούσιος, Demoſthen. ἐς τὰ μάλιστα χειμασθεὶς, acerrima tempeſtate iactatus, Thucyd. καὶ μάλιστα, Plat. de Legib. καὶ vacat. κἂν τι μάλιστα, atque adeò, Ariſtophan. ὅτι μάλιστα, perfectè, ἀκριβῶς. ὅσῳ μάλιστα, ὡς μάλιστα, quàm maximè fieri poteſt, Thucyd. μάλιστα δὲ, fermè, præcipuè, quàm plurimum. μάλιστα δὲ, id eſt, ὑπερβαλλόντως, præcipuè, mirum in modum. μάλιστα ἐκ πάντων, ex omnibus maximè, Thucydid. μάλιστα ἢ, magis quàm, Ariſtoph. μόνον μάλιστα, ἢ μᾶλλον ζώων ἄνθρωπος, ſolus potiſsimũ animaliũ homo, Ariſtot.1.de Anim. μάλιστα πάντως, omnino quidem. Plato in Apolog. μὴ οὖν ἀξιοῦτέ με τοιαῦτα δεῖν πρὸς ὑμᾶς πράττειν, μάλιστα πάντως, γε διὰ μέντοι καὶ ἀσέβειας φεύγοντα ὑπὸ μελίτου.

Μαλκιᾶν, μαλκιεῖν, frigore contrahi & torpore.

Μάλκη, ης, ἡ, contractio ex frigore, manuum pedúmq; è frigore tumor & inflatio, quem pernionem dicimus. ſic Theon in Aratum. Item ſtupor, νάρκη. Nicand. etiam pro frigore ſimpliciter vtitur, ψῦχος, torpor ex nimio frigore, Nicand. Com.

Μάλκιος, ια, ὁ, frigid⁹, imbecillis, mollis, ἀσθενὴς, ψυχρότατος.

Μ' ἀλλὰ, pro μὴ ἀλλὰ, Ariſtoph. quod notat ei⁹ Interp.

Μᾶλλον, magis. Interdum apponitur Comparatiuo. Iſæus, πολὺ μᾶλλον ἑτοιμότερον, multò promptius. Philo de mundo, ἀμείνον ἔσεσθαι μᾶλλον, melius fore: vbi μᾶλλον παρέλκει. & apud Platonem in Apol. καίτοι, τί μᾶλλον πρέπει οὕτως, ὡς τὸν τοιοῦτον ἄνδρα ἐν πρυτανείῳ σιτεῖσθαι. Sic etiam apud Poetas reperire licet. AEſchylus, χελῶν τεθνάναι κάλλιον αὖ μᾶλλον ἢ σπουδάσαι. Et Ariſtoph. τὸ δ' αὖ γένοιτο μᾶλλον ὀλβιώτερον. Verùm apud Oratores non eſt ita ferendum. abſurdũ enĩ Cõparatiuo addere aliũ Cõparatiuũ, aut Superlatiuo alium Superlatiuũ, vt teſtatur Thomas Magiſter. τὸ μᾶλλον, pluris ratio. ἐκ τοῦ μᾶλλον καὶ ἧττον, ex maiore & minore. τῷ μᾶλλον ἢ ἧττον διαφέρει, pluris minoríſve modo differt, pluris aut minoris ratione, intẽſione & remiſſione. οὐδὲν μᾶλλον ἐρᾷ, nõ cõtinuò amat, i. nõ ideò, Ariſtot.9.Ethic. μᾶλλον τοῦ δέοντος, Xenop. πολὺ μᾶλλον, Plato de Leg. μᾶλλον πάντων, Demoſth. κατὰ τὸ μᾶλλον, ratione quantitatis intenſioris. μᾶλλον βούλομαι τοῦτο αὐτὸ ἐκείνου, Thucydid. id malo, quàm illud. μᾶλλον aliquando nõ eſt συγκριτικὸς, ἀλλὰ διασαφητικὸς, Interpr. Thucydid. Accipitur etiam pro vel potius, Bud. Com.

Μᾶλλον δὲ, imò verò, quin potius. Philo de mundo, εἰκὸς γὰρ, μᾶλλον δ' ἀναγκαῖον, &c. eſt enim veriſimile atq; adeò neceſſarium. Ariſtoph. in Pluto, ὁ δεσπότης πέπονθε γὰρ ὑπὸ τῆς τύχης ταῦτα, μᾶλλον δ' ὁ πλοῦτος αὐτός.

Μαλλονηδὲ μοῦ, imó.

Μαλλονὴ,magis, μᾶλλον.

Μαλλὸς,vellus,lana,coma demiſſa.vnde εὔμαλλος & τετράμαλλος.

Μαλλοφόρος,ου,ὁ καὶ ἡ,laniger, Cereris cognomen in Megaride, quod ab iis videtur impoſitum, qui mortalium primi oues connutrire cœperint: nam μαλλὸν Græci lanam dicunt,Cæl.lib.13,cap.31.

Μαλλωτὴ,lanata pellis. Græci Idam μαλλωτὴν vocarũt, veluti πολυπρόβατον,id eſt,ouibus abundantem.

Μαλλωτὸς,οῦ,ὁ,villoſus,lanatus.

Μαλλοπάρηος,ὁ καὶ ἡ, teneras habens & molliculas genas, apud Theocritum.

Μαλὸς,οῦ,ὁ, tener, ἁπαλὸς & exitioſus, ἀφανιστικὸς, idem quod ἀμαλὸς,vnde ἀμαλδύνω, Euſtath. Iliad.η.& ἄρνα μαλὴν per duas ſyllabas in Odyſſ. legunt quidam, non ἄρν' ἀμαλὴν,Euſtath.ibidem.

Μαλουρὸς, caudam albam habens.

Μαμάκουθαι, Mamacuthæ, vide μαμμάκουθος, & prouerb. Chil. Eraſm. Stultior Melitide.

Μαμμάκουθος, proprium cuiuſdã nomen,ſola illuſtris fatuitate. Vnde apud Ariſtoph. κεχηνότες μαμμάκουθοι dicuntur, id eſt, hiantes mammacuthi. Hinc factum opinor, vt homines id genus quandoque mammalucos dicamus,Cæl.lib.9,cap.29,Alii proprium fabulæ volunt, quam Platonis putant eſſe.

Μαμμᾶ,balbutientium puerorum vox. Ariſtophan. μαμμᾶν δ' αὖ αἰτήσαντα ἧκόν σοι φέρων ἂν ἄρτον.

Μάμμη,ης,ἡ, μάμμα,auia.

Μαμμία,ας,ἡ, auia, mater. & μάμμιον diminutiuè, aut blandientis modo.

Μαμμόθρεπτος,ου,ὁ,nutritius,à nutrice educatus.

Μαμῶ,cupio,προθυμοῦμαι.

Μὰν,quidem. Odyſſ.λ, ἠμὰν, ἢ μὴν,Homer. οὐ μὴν οὖν, eidem μὲν μὰν,i. μὲν μὴν δὴ, Homer.

Μανάκις,rarò,σπανίως.

Μάνδακες,ἡ,ſemen ſilphii teſte Polluce lib.6.

Μανδαλωτὸν,οῦ,τὸ,ſuauium laſciuius,labella cum labellis,vt inquit Plaut.

Μάνδρα,ας,ἡ, ſpelunca, cubile, ſtabulum, αὔλιον, caula, αὐλὴ, σταθμὸς, Itẽ domus ſiue locus in quo torcularia ſunt, & vuæ exprimuntur.

Μανδραγόρας,è genere liquamentorũ eſt,vel ſuccorum, quæ AEgineta libro 5. ὀπίσματα vocat, vel potiùs herba quædam,à qua ſuccus exprimitur. Vitibus adnaſci ſolet, & eſt fructus ὑπνωτικὸς,quaſi ſomni conciliator. vis enim eius eſt ψυκτικὴ, i. frigefaciens: & frigiditate fit ſomnus, Cæl.lib.9,cap.49. vide in Chil. Eraſm. Mandragoram bibe. μανδραγόρας πεπωκόσι, Demoſth.

Μάνδρευμα,τὸ,caula.

Μανδύη, ης,ἡ, penulæ genus, quod loricæ loco ſolebat eſſe. μανδύη (ſcribit Pollux) ὅμοιόν τι τῷ χλανιδίῳ φαινόλῃ. Vulgò τὴν μανίκαν, Bayfius.

Μανεὶς,mente captus,ad inſaniam redactus,furens.

Μανέρως,ὁ,gen⁹ agreſtis cãtionis,dictæ à Manero quodã AEgyptio,eius carminis & agricolationis repertore.

Μανηκόκκητος,η,libidinoſa fœmina,coi[t]us appetentior, ἡ περὶ μίξεις μεμανῖα: à κόκκος, quod hic impubium ſignificat Euſtath. Iliad.ι.

Μανῆναι,inſaniuiſſe,furioſum fuiſſe.

Μάνης,apud veteres fuit ſeruile nomen, à furore inclinatum, vnde ad æneam ſtatuam trãſlatum vocabulum eſt,quam cottaborum luſui adhibebant, Cæl.lib.13,cap.54. Ariſtoph. μεγαίνητος ὁ μάνης, i. ἀναίσθητος καὶ μανικὸς, vt mox exponitur. μάνης, πρόσωπον λυχνίου, Interpr. Ariſtoph. Item vaſis genus, & in cottabo pars extenſior ac prominula, Hermolaus Barbarus. Eſt quoque μάνης teſſerarii iactus nomen apud Euſeb. in aleatoribus.

Μανήσομαι,inſaniam.

Μανθάνω, μ. μαθήσομαι, π. μεμάθηκα, ἀόρ.β. ἔμαθον, diſco, intelligo, doceor, interpretor, ſentio, imbuor, cõperio, deprehendo, percipio, cognoſco. Actiu. Accuſ. μάθε δή μου ὧ παῖ καὶ τάδε, ἔφη, τὰ μέγιστα, diſce ex me hæc, Xenophon lib.1. Pædiæ. Ariſtoph. νεφ. cum Accuſ. & Genit. pretii, ταλάντου τοῦτ' ἔμαθεν Ὑπέρβολος, hoc talento didicit Hyperbolus. μανθάνω παρὰ τῶν ἄλλων, diſco ex aliis, Plato. μανθάνειν περὶ τῶν ῥυθμῶν, Ariſtoph. μανθάνω ἱππεύειν, Xenoph. μανθάνετ') θεῖναι, i. σκοπεῖτε, ponite, Ariſtoph. μανθάνω ᾄδειν, diſco canere, Ariſtot. 8. Polit.

Μανία,furor,inſania,quæ eſt ægritudo animi: vt quũ mens tranquillitate & conſtantia vacua eſt: propterea quòd in perturbato animo, ſicut in corpore ſanitas eſſe non poſsit. Cic. Tuſc.3. Vide Ammon. qui diſtinguit à λύσσα & οἶστρος.

Μανιάκης,ου,ὁ, torques.

Μανιὰς,inſana. vnde apud Sophocl. in Aiace, μανιάσι νόσοις, i. μανίαις, furiales morbi.

Μανικὰ,τὰ, apud Phryges magna & inſignia admirandáque facta dicebantur, à Mane quodam rege ſuo incredibilis virtutis & potentiæ viro.

Μανικὸς,οῦ,ὁ, inſanus, furioſus, inſanire faciens, furibundus. μανικὸν νόσημα, inſanus morbus. Interdum diuinus ac numine afflatus. Ariſtid. Oratione in Iouem, ὥστε μανικὸν φθέγξασθαι τὸν λόγον.

Μανικῶς,furioſè, Plato νόμ. ι.

Μανίφυλλον,foliis tenuibus.

Μανιώδης,εος,ὁ καὶ ἡ,furioſus,veſanus,inſanienti ſimilis. Item deſipiens ac ſtultus. Thucydid. lib.4. καὶ ἡ μανιώδης οὖσα ἡ ὑπόσχεσις ἀπέβη. Nonnus, ἱδρῶσι μανιώδεες ἄρρενι θυμῷ.

Μάννα,manna, Chaldæa vox, מן Hebræis. μάννα etiam genere fœmin. legitur apud Dioſcorid. lib.1. μάννα λιβάνου, manna thuris, pollen thuris. Plinius concuſſu eliſas thuris micas dicit: vnde & ὑπόσεισμα interpretatur, Galen. lib.2. de Articul. & Therapeut. lib.1.

Μάννος,ου,ὁ, genus ornamenti collaris, quod & μανιάκης dicitur. vnde μαννοφόρος, qui eo vtitur, περιβραχίονια habens.

Μανόδμιος,tenui ſtamine contextus.

Μανόκαρπος,ſolutum fructum generans.

Μανὸς,οῦ,ὁ,rarus,ſolutus,laxior,tener, lentus, fungoſus, fluxus. σπορὰ μανὴ, rara ſatio. μανὴ φυτεία, conſitio amplo diſtincta interuallo, Gaza lib.1. de cauſ. plant. μανὴ σὰρξ, ſoluta caro, i. χαύνη, [Ga]len. ad. Glauc. τὸ μανὸν, μαλακὸν καὶ δυνάμενον εἰς αὑτὸ σ[...], Ariſtot. in Problem. Gaza vertit, quod rarũ eſt, [...] eſt, & tale vt in ſe coire poſſit. μανὸν Ariſtotel. op[...] πυκνῷ. item Theophraſt. μανὸν καὶ μαλακὸν σπέρμα, [r]arum & molle, Idem libro 4. de cauſ. plant. Ibid[...] ſequitur τὸ μὲν μανὸν καὶ μαλακόν: τὸ δὲ πυκνὸν καὶ σκληρ[...]

Μανοσπορέω,ῶ, rarum ſemen ſpargo.

Μανόσπορος, qui rarenter ſeminatur, i. non denſè.

Μανότατα,τὰ,incertiſsima.

Μανότης,ου,inſanus.

Μανότης,ητος,ἡ,raritas corporis,laxitas,lentitas.

Μανούμενος,rareſcens.

Μανοῦσθαι,inſaneſcere (vt ſic dicam) inſanum fieri, Budæus Comment.

Μανόφυλλος,ου,raris foliis.

Μανόω,ῶ,ſolutum reddo, extenuo, rarefacio.

Μαντεία,ας,ἡ,diuinatio, oraculum, prædictum. μαντείᾳ χρῆσθαι, diuinatione vti, Plato νόμ.γ. μαντείᾳ σποδῷ, Sophocles. vbi μαντείᾳ adiectiuè, i. cineri vaticinali, μαντικῇ.

Μαντεῖον,ου,τὸ, locus vaticinandi, vaticiniũ, oraculum. μαντείῳ χρήσασθαι, Iſocrat.

Μάντευμα,ατος,τὸ,diuinatio,vaticiniũ,prædictio,præſagium, Plato in Epiſt.

Μαντεύομαι,μ. εύσομαι,π. ευμαι. χρησμῳδῶ, præſagio, vaticinor, θεοπροπέω, oraculum conſulo vel edo, χρᾶν & χρᾶσθαι, edere oraculum & oraculum petere. Cum Datiuo de homine vate. ὀδ. ο, μαντεύετο πᾶσι βροτοῖσι, vaticinabatur. μαντεύεται πᾶσι τὰ ἀμφίλοξα, dubia omnibus reddit oracula. Lucian. ἐμαντεύθη σφι, eis eſt redditum oraculum.

μαντεύεται θεὸς τοῖς ἐρωτῶσι, hanc locutioné carpit Lucian. Cum Accuſ. Plato 1. de Rep. ἀληθέστατα, ἔφη, μαντεύῃ, veriſſima auguraris. Idem in Epiſt. φήμην γὰρ ἀγαθὴν μαντεύομαι, bonum omen vaticinor. Idem in Apologia, ἐτόλμησε τοῦτο μαντεύσασθαι, hoc ex Deo ſciſcitari auſus eſt. Idem pro diuino ibidem, ταῦτα μὲν ὑμῖν μαντευσάμενος ἀπαλλάττομαι. Idem in Epiſtol. αἱ γὰρ βέλτιστοι ψυχαὶ μαντεύονται ταῦτα οὕτως ἔχειν. Id. ὁ μαντεύομαι ὡς ἐνὶ θυμῷ ἀθάνατοι βάλλουσι, dicam vt dii mentem inſtigant meam. Xenoph. τὰ συμφέροντα τοῖς μαντευομένοις, i. conſulentibus deos.

Μαντικὰ λουτρὰ, balnea vaticinii, Philoſtrat.

Μαντευτὴς, οῦ, ὁ, vates, augur, aruſpex.

Μαντευτικὸς, vates, arte diuinandi præditus.

Μαντεῖον, ου, τὸ, oraculum, vaticinium, Herodot.

Μαντήϊος Ἀπόλλων, id eſt, fatidicus Apollo, Apollonius 2. Argonaut.

Μάντης, ου, ὁ, vel μάντις, vates, augur, ſortilegus, Hippoc.

Μαντία, μαντεία.

Μαντικὴ, ῆς, ἡ, diuinatio, præſcientia futuri, præſenſio & ſcientia rerum futurarum, Cicero: cuius partes ſunt tres, vt ſcribit Homer. Interpres in Iliad. α, οἰωνοσκοπία, ἀστρολογία, καὶ ἡ διὰ τῶν ὀνείρων μαντεία.

Μαντικὸς, οῦ, ὁ, fatidicus, diuinus. τέχνη μαντικὴ, Ariſtid. μαντικὸν τὸ μὲν καλεῖ, Nazanzenus. μαντικοῦ νομίμου ἐπιστήμη, iuris augurandi ſcientia, Gaza de Senectute. ὕδατα μαντικὰ, Ariſtides.

Μαντιπόλος, ου, vates, in Epigram. ‖ μάντις, Suid.

Μάντις, εος, ἡ, locuſtæ genus eſt, quæ in ſtipulis enaſcitur, virens colore, corpore prælongo, pedibus item prælongis, quos & aſſiduè agitat. Vnde Theocritus Idyl. κ, præmacram ac pertenuem ſignificauit puellam, inquiēs, εὗρε θεὸς τὸν ἀλιτρόν. ἔχεις πάλαι, ἃν ἐπεθύμεις. μάντις τοι τὰν νύκτα χροΐξεται ἁ καλαμαία. Noxii hoc animantium genus moleſtique aſpectus eſt. vnde adagium, Mantis te vidit: in eos dicitur quibus faſcinator oculus mali quippiam obiecit. Nicander braſsicam, quæ ſacra ſit, μάντιν appellauit. Item μάντις pro μάντης. Homer. Iliad. α, ἀλλ' ἄγε δή τινα μάντιν ἐρείομεν, ἢ ἱερῆα, ἢ καὶ ὀνειροπόλον, &c. Eſt itaque μάντις οἰωνιστὴς, id eſt, augur, aruſpex. Hinc etiam illud, μάντις ἄριστος ὅστις εἰκάζει καλῶς. μάντις ὢν τῶν ἐπ' οἰωνοῖς, augur, Gaza de Senectute. μάντιν ὀπωπὼς, in Epigramm. μάντις ἄκρων καὶ μάντις ἀΐδιος, Ibidem.

Μαντιχώρα, ας, ἡ, fera eſt de qua Ariſtot. 2 Animal.

Μαντοσύνη, ης, ἡ, vaticinium, ἡ μαντικὴ, μαντεία, Iliad. α. ἣν διὰ μαντοσύνην.

Μαντῷδης φωνὴ, fatidica vox, lib. 5. Epigram. & Nonn.

Μανύω, indico, declaro, expono. Communiter μηνύω per η. μανύω, Euripid.

Μανώδης, ους, laxus, rarus.

Μάνωσις, raritas, ſolutio.

Μανώτερον, rarius, Hermogenes.

Μαπέειν, capere. Heſiod. ἱέμεναι μαπέειν. vbi Interpr. μαπέειν δύο τρόπους ἄκουσον ἀπὸ τοῦ μάρπτω, τὸ καταλαμβάνω, μάρψω, καὶ συστολῇ τοῦ ρ, μαπεῖν, καὶ μαπέειν κατ' ἐπέκτασιν.

Μαρασμὸς, tabes.

Μαράγνα, genus ſupplicii, Euripid.

Μάραγοι, loci prærupti.

Μάραθον, ου, τὸ, marathrum, fœniculum: vim habet calculi frangendi, vt docet Aphrod. lib. 1. Problem.

Μαραθὼν, ῶνος, Marathon, locus Atticæ. μαραθῶνι in Datiuo abſolutè dixit Ariſtid. τὴν μαραθῶνι μάχην μιμουμένη, quod & Idē alio loco facit aduerbialiter, vt ὀλυμπίασι.

Μαραθωνομάχας ἄνδρας vocat Ariſtoph. νφ. eos qui in Marathone loco Atticæ, Darii fuderunt exercitum.

Μάρη, αἱ, manus, χεῖρες. vnde ἄμαρις, τὸ ἄχειρες.

Μάραγνα, virga, flagellum.

Μαραίνομαι, μ. ἀνοῦμαι, π. ασμαι, marceſco, flacceſco, tabeſco. Ariſtot. ὅσοις μὲν γὰρ μαραινομένων, quibus cor circa præcordia marceſcit & exoleſcit. Idē de igni qui extinguitur ſine vi, in 3. de cœlo, τὸ πῦρ ἐὰν μήτις κινῇ, μαραίνεται, i. ignis, niſi quis eum moueat, marceſcit. Homer. φλὸξ ἐμαράνθη, i. flamma conſidit & vaneſcit, reſedit, exoleſcit. Paſsiuū. Bud. Com. μαραίνεσθαι, i. emarceſcere. etiam de vento ponente & ceſſante accepit Ariſtot. in Problem.

Μαραίνω, μ. ανῶ, π. αγκα, tabefacio, areſacio, obſcuro. Ariſtot. τὸ γῆρας μαραίνει τὸ θερμόν. Iſocrat. κάλλος μὲν ἢ χρόνος ἀνάλωσεν ἢ νόσος ἐμάρανε, i. pulchritudinem vel tempus conſumpſit, vel morbus marcidam reddidit. Sophocl. πάνθ' ὁ μέγας χρόνος μαραίνει τε καὶ φλέγει, i. ἀφανίζει.

Μαραίπους, cui pedes marcuerunt.

Μάρανσις, & Μαρασμὸς, οῦ, ὁ, marcor, flacciditas, tabes, defectio. Eo nomine ſenium in homine ſignificari ſcribit Galen. nimirum quum caloris ſit tabes, id quod in ſtirpibus eſt αὔανσις, Budæus Com.

Μαρασμώδης, tabidus, & ſpecies febris: de qua vide ſuprà in Ἑκτικά. ‖ Gal. ἑκτικὸς καὶ μαρασμώδης πυρετὸς, qui paulatim exeſt corpus aridum, quum συντηκτικὸς liquefaciat τὸ καταπίμελον.

Μαράσσω, ſplendeo. hinc σμάραγδος, ſmaragdus.

Μαραυγεῖν, perſtringi lumina.

Μαργαίνω, μ. ανῶ, π. αγκα, ago nimiū feſtinanter, inſanio, μαίνομαι, ἐνθουσιῶ, ἀκρατῶς ὁρμῶ. Iliad. ε, μαργαίνειν ἀνέηκεν ἐπ' ἀθανάτοισι θεοῖσι, procaciter in deos agere.

* Μάργαρον, vnio, Pauſan. in Arcad. &

Μάργαρα, τὰ, margaritæ, in Epigram.

Μαργαρίτης, ου, ὁ, margarita, vnio. vide AElian. ‖ veteres Neut. gen. margaritum. Vlpian. in l. gratuitā, ff. præſcrip. verbis. & Hiero. in Epiſt. ſæpius Beſſario maſculino genere margaritos legit.

Μαργὰς, vinculum.

Μαργάω, τὸ μαργαίνω.

Μάργη, iniuria, ſtultitia, furor.

Μαργῆς, & Μάργης, ου, ὁ, μάργος.

Μαργίτης, ου, ὁ, ſtolidus, nebulo. AEſchin. obiicit Demoſthen. quòd μαργίτην τὸν ἀλέξανδρον vocauit, quem locum exponens Suid. deducit à Margite quodam inſigni fatuo, qui vltra quinque numerare non poſſet: & quum virginem duceret, eam non auſus eſt attingere, ne illa matri eius rem indicaret.

Μάργος, ὁ καὶ ἡ, edax, ignauus, veſanus, ſtolidus. Itē petulans, proteruus. Plato in Alcib. 2, ἀλλὰ μάργοι τε καὶ δεινοί, &c. pro difficili & moroſo poſuiſſe videtur Ariſtot. de ſignis ſalacium loquens, λιπαρὸν ὄμμα καὶ μάργον.

Μαργοσύνη, ης, ἡ, ingluuies, procacitas libidinoſa, Nazā.

Μαργότης, ητος, ἡ, laſciuia, ingluuies, μανία, πορνεία, Plato in Timæo.

Μαργόω, ῶσω, i. μαίνομαι, inſanio. ἵππω μαργώσαι φρένας, Euripides.

Μάρη, manus.

Μάρις, ὁ, ſeu μάρις, menſuræ genus ſex cotylarum capacis, Cæl. lib. 14, cap. 16.

Μαρίλη, ης, ἡ, cinis, fauilla, languidus ignis. Item puluis carbonum tenuiſsimus. vnde illud, Faber fumo oppletus & marila, Cæl. ibidem.

Μαριλῶνες, οἱ, carbones.

Μαριλοπότης, ου, ὁ, qui cinerē bibit. Vulcani epitheton, & fabrorum, qui fauillam ſæpe hauriunt.

Μαρῖνοι, οἱ, marini, piſces, de quib⁹ Ariſtot. 6. Animal.

Μάρις, εως, ὁ, maris, menſura eſt ſex heminas continēs, Ariſtot. 8. Animal.

Μαρμαίρω, μ. αρῶ, π. αρκα, rutilo, reſplendeo. Neutr. abſol. λάμπω. Homer. ὄμματα μαρμαίροντα.

Μαρμάρεος, ου, ὁ, marmoreus, ſplendidus. Iliad. γ, δίσκον μαρμάρεον, i. λαμπρὸν, λευκόν.

Μαρμαρίτης, ου, ὁ, marmoreus.

Μαρμάριον, τὸ, nomen ſcorti apud Laertium in 8.

Μάρμαρον, ου, τὸ, luciditas marmoris, rubia tinctū. Chryſoſt. de precatione μάρμαρα, i. marmora dixit pluraliter, χρυσὸς καὶ πολυτίμητοι λίθοι καὶ μάρμαρα ποιοῦσι τοὺς οἴκους τῶν βασιλέων.

Μάρμαρος, ου, ὁ, marmor.

Μαρμαρυγὴ, ῆς, ἡ, ſplendor, αὐγὴ, fulgor, coruſcatio, lu-

cis ſplendor incertus & diſcurrens. ὁ δὲ ἀκαιφαλαιῶν καὶ τῆς ἀσπίδων μαρμαρυγή, Chryſoſt. μαρμαρυγὰς ὁρᾶν φαντάζονται, Galenus ad Glauconem, fulgores. Plato pro paſsione vſus eſt in Timæo.

Μάρναμαι, μ. μαχέσομαι, pugno: à negatiua particula μὴ, & ἀρῶ, i. διαλλάττω, quod eſt cóciliο: οὐ γὰρ διαλλαγαῖς γὰρ οἱ παλαιοὶ ἄρνας ἔθυον. Depon. Datiuo. Homer. Iliad. γ. μάρναμενον Μενελάῳ, i. μαχόμενον, cum Menelao dimicantem.

Μάρπτα, ης, ἡ, manus.

Μαρπήσσα, ης, ἡ, halcyone, & proprium nomen à re inditum, quòd eius mater omnia planctu commiſcuerit, halcyonis inſtar, Euſtath. Iliad. ζ.

Μάρπτομαι, capio. Phocylid. τοπάζεις ἀπαλοῖς μὴ μάρψῃ χεῖρα βιαίως, manum ne corripias.

Μάρπτω, μ. μάρψω, π. μέμαρφα, idem. Actiu. Accuſ. vnde μαρψίπους, corripiens, συλλαβών, Heſiod.

Μαρῥὸν, inſtrumentũ ferreum, ἐργαλεῖον σιδηροῦν, Varin.

Μαρσύας, ου, ὁ, Marſya.

Μαρσύπιον, ου, τὸ, & Μάρσιπος, ου, ὁ, marſupium, ſacculus, crumena.

Μάρτυρ, υρος, ὁ καὶ ἡ, teſtis. μάρτυρα ἐπάγομαι, teſtem profero, Plato νόμ. ζ. μάρτυρα φύσιν παρέχομαι, teſtem profero naturam, Idem νόμ. η. τὴν μάρτυρα, in Epigram. μάρτυρες παρέσονται, teſtes producuntur, Xenoph. μὴ παρόντων μαρτύρων, ſemotis arbitris, Ariſtop. μάρτυρας ποιοῦμαι θεούς, deos teſtor. Thucydid. μάρτυρας ποιεῖσθαι, teſtes facere, Demoſth. id eſt, facere certiores.

Μαρτυρέομαι, teſtor, teſtimonio comprobo. Lucian. ὁ δ' Ἀθηναῖος σίζει τὴν ἀθηνᾶν. μαρτυρεῖται γοῦν τὴν οἰκειότητα τῷ ὀνόματι, neceſsitudinẽ nomine ſignificat. μαρτυρήσεσθαί μοι, Xenoph. μαρτυρηθεὶς οὐδὲν ἄλλο, Nazan. nullo alio teſtimonio ſuffultus. μαρτυροῦ ὑπὸ πολλῶν, multi de te teſtãtur, Phalaris in Epiſt. μαρτυρούμενος ὑπὸ τοῦ πνεύματος, accipiens teſtimonium à Spiritu, Nazanz. μαρτυρουμένη ὑπὸ τοῦ νόμου, quæ comprobatur teſtimonio legis, Paul. c. 3. ad Rom.

Μαρτυρέω, μ. ήσω, π. ηκα, teſtor, teſtimonio ſum, teſtimonium impertio, Cicer. Datiuo. μαρτυρῶ σοι, pro te teſtimonium dico, i. in tuam gratiam, Demoſth. μαρτυρῶ σοι τοὺς λόγους ἀληθεῖς εἶναι, Idem. μαρτυρῶ τούτοις, hæc teſtor, Plutarch. Plato 1. de Rep. αὐτῷ μαρτυρεῖς, ei teſtis es, ei teſtimonium reddis. Xenoph. lib. 1. ὥσπερ μαρτυρεῖ δὲ καὶ τῶν ποιητῶν λέγων. & paulò pòſt, κἀγὼ δὲ μαρτυρῶ τούτοις, his aſſentior. Et cum Præpoſit. μαρτυροῦντες παρὰ τοῖς κάτω δικασταῖς τῷ νεκρῷ, Lucian. μαρτυρίω ἐν πρήγματι τῷ ἐμῷ, è rebus meis ſum teſtimonio, Herodot. μαρτυρῶ κατὰ τοῦ θεοῦ, de Deo teſtor, Paulus cap. 15. prioris ad Corinth. Itẽ cum Accuſ. Philo de mũdo, ἀεισοτέ... ταῦτα μαρτυρεῖ ἀεὶ πλάτωνος. μαρτυρῶ τι ψευδὲς, falſum dico teſtimonium, Plato de Leg. δοκεῖς ὀρθὰ μαρτυρεῖν, vera dicere videris, Sophocl. μαρτυρεῖν ὁ, ποιῶν, nihil non teſtificari, Demoſth. μαρτυρήσας τὴν ὁμολογίαν, qui teſtatam reliquit profeſsionem, Paul. cap. 6. ad Timoth. ‖ Accipitur etiam pro ſignifico, declaro, ἐμφαίνω. Significat etiam μαρτυρεῖν, cruciatu in martyrio affici, Baſil. μαρτυρεῖν ℘ μαρτύρεσθαι, vocare in ius, Ariſtop.

Μαρτύρημα, ατος, τὸ, teſtificatio, Euripid.

Μαρτυρία, ας, ἡ, teſtatio, teſtimonium, elogium, ſignificatio Baſilio ſæpius. Dicitur propriè de præſentibus: ἐκ μαρτυρία de abſentibus. Vide apud Ammon. μαρτυρίας χάριν, denuntiare teſtimonium, & μαρτυρίας συλλέγεσθαι, Demoſthen. ἐμβάλλεσθαι μαρτυρίας, proferre teſtimonium. μαρτυριῶν ἀπέχεσθαι, abſtinere à vocationibus in iudiciũ, Ariſtophanes.

Μαρτύριον, ου, τὸ, argumentum, teſtimonium, elogium, teſtificatio. Xenoph. τούτοις μαρτυρίοις χρώμενοι, &c. μαρτύριον pro loco vbi ſunt martyris alicuius reliquiæ, in Canone 6. concilii Calchedonenſis.

Μαρτύρομαι, teſtor, teſtem adduco, conteſtor. Plato 2. de Repub. οἱ δὲ τῆς τῶν θεῶν ὑπ' ἀνθρώπων παραγωγῆς τὸν Ὅμηρον μαρτύρονται, alii quòd dii precibus hominum & munerib⁹ flectantur, Homerum teſtem citant. Ariſtophanes in Plut. ὁρᾷς ἃ ποιεῖς, ταῦτ' ἐγὼ μαρτύρομαι, iſta teſtificor, teſtor. μαρτύρομαι αὐτὸ τοῦ μάρτυρας καλῶ. μαρτύρομαί σε, te in teſtimonium voco, Philoſtr. μαρτύρεσθαι τοὺς θεοὺς, teſtes deos inuocare, Ariſtid. μαρτύρομαι τῷ ἀνθρώπῳ, conteſtor hominem, Eraſm. cap. 5. Epiſt. Pauli ad Galatas.

Μάρτυρες, ων, ὁ, poeticè pro μάρτυρ. δοτ. ξ. μάρτυρσι ἀμφοτέροισι θεοῖ, Ionicè, id eſt, μάρτυρες.

Μάρτυς, υος, ὁ, idẽ. Nonn. μάρτυς ἐπάρκιος. Plato in Epiſt. τούτων δὴ καὶ σὺ μάρτυς. Idem Epiſt. 7, πολλοῖς μάρτυσι μαχεῖται τἀναντία λέγειν. Ariſtoph. ἐγώ σοι τούτου μάρτυς, ſum tibi huius rei teſtis. Qui autem in ius quempiam trahebat, teſtẽ ſecum ducebat. Ariſtoph. in Plut. σὺ μετὰ τοῦ μάρτυρος διαῤῥαγείης, i. μετὰ τοῦ κλήτορος, cũ viatore ſeu apparitore. μάρτυς ὁ οἰκόθεν, Lucian. ‖ μάρτυς θεὸς, modus iurandi frequens Syneſio, q. Deus ſit mihi teſtis.

Μαρυανδυνὸι, οἱ, ſatellites, qui regum latera ſtipant, Euſtath. Iliad. π.

Μαρύεται, nexum eſt, πέπλεκται. Communiter μασύεται.

Μαρυκάομαι, ῶμαι, rumino, μηρυκάζω. μαρυκᾶται, ruminat. Communiter μηρυκᾶται.

Μάρων, ωνος, ὁ, Maro rex Thraciæ.

Μαρώνεια, ας, ἡ, vrbs Thraciæ.

Μάσαι, AEolicè, pro relegare, deſtinare.

Μασάομαι, mando, i. edo. Plinius commanduco dixit. Legitur ad hunc modum per vnicum σ apud Theophr. lib. 4. hiſt. plant. μασώμενοι ἢ ἐκβάλλουσι καὶ τοῦτο μάσημα, &c. & Ariſtot. lib. 4. de partib. Animal. μασησάμενος, qui ſuccum expreſsit, idem Theophraſt. lib. 2. hiſt. plant. μάσασθαι, Ariſtophanes.

Μάσημα, ατος, τὸ, manſum, manducamentum, Gaza ex Theophr. hiſt. plant. lib. 4. ‖ καὶ τὸν μὲν χυλὸν καταπίνουσι· τὸ δὲ μάσημα ἐκβάλλουσι, expuunt ſucco deuorato. Cicero hoc manſum vocat, Atq; omnia minima manſa, vt aiunt, nutrices infantibus pueris in os inſerunt, in 2. de Orat.

Μάσησις, manducatio, Baſilio.

Μάσθλης, η, ὁ, lorum maceratũ & emollitum, coriũ, puniceũ calceamentũ, habena. Itẽ verbero, ardelio, homo futilis· παρὰ τὸ ἱμάσσω, vel μάσσω τὸ μαλάσσω. Ariſtophan. μάσθλης, εἴρων, γλισχρὸς, ἀλάζων, i. ἱμάς, πολυστρόφος, ἔκλυτος, ἀληθινὸς καὶ διαβατικός, vt exponit Interpres.

Μασθὸς, οῦ, ὁ, idem quod μαζός. Quanquam ſint qui vtroque modo differentiæ cauſa ſcribant, vt alterum ſit viri, alterum mulieris. Dicitur autem μασθὸς, teſte Suida, ἀπὸ τοῦ θηλάζειν: μαζὸς verò, διὰ τὸ μεστὸς εἶναι γάλακτος.

Μάσιλα, ligo, δίκελλα.

Μάσπετον, ου, τὸ, maſpetũ, folium laſerpitii, Theoph. l. 6. hiſt. plant. μάσπετα, prima ſilphii folia, vel caulis liquor.

Μάσσαι, quærere, purgare, commiſcere.

Μασσάομαι, mando, is. Ariſtoph. in Pluto, λαβών τιν' ἄρτον, καὶ κρέας μασώμενος, id eſt, capiẽs panem aliquem, & carnem mandens & edens.

Μάσσειν, AEolicè, ligna vineire, ligare, Euſtath.

Μάσσησις, εως, ἡ, manducatio.

Μασσητῆρες, οἱ, muſculi oris, qui dum cibus manditur, (mouentur.

Μᾶσσον, τὸ, longius, maius.

Μάσσω, vel μάττω, μ. άξω, π. αχα, pinſo, abſtergo, premo, mollio, ſubigo, conſpergo, πολλὰ ἰδίᾳ. Actiu. Accuſ.

Μάσσων, ονος, ὁ καὶ ἡ, longior, maior, amplior. Xenoph. εἰ μὴ πολὺ μάσσων ὁδὸς εἴη.

Μάσταξ, ακος, ἡ, eſca, os oris. Interdum genus locuſtæ quod bruchum vocant.

Μασταρύζω, labra contraho, συνάγω τὰ χείλη: à lactentib⁹ pueris ductum, qui mammam trahentes ore labia contrahunt.

Μαστεύω, μ. εύσω, π. ευκα, inquiro, affecto, peto, requiro, ζητῶ, opto, ἐπιποθῶ. Actiu. Accuſ.

* Μαστευτὴς, inquiſitor, Xenoph.

Μαστὴρ, quæſitor. (rod.

Μάστι, ℘ μάστιγι per apocopen. ‖ μαστιγίας, flagellator, He-

Μαστιγίας, ου, ὁ, maſtigia, verbero, ‖ μαστιγοφόρος, Athen. qui vibicibus

bicibus inſcriptus eſt.

Μαστιγιάω, flagello indigeo.

Μαστιγονόμος, ου, ὁ, deſignator, βραβευτὴς, ῥαβδοῦχος, &

Μαστιγοφόρος, flagellifer, lictor, qui agonothetas in ſacris certaminibus comitabatur ad ſubmouendam turbam, & cohibendas ſeditiones.

Μαστιγόω, μ. ώσω, π. ωκα, pulſo, cædo, ſtimulo, caſtigo. Actiu. Accuſ. Heſiod. πλευράς τε καὶ ὤμους εὖρυ μαστιγόων. μαστιγοῦμαι τὸ δέρμα, mea cutis cæditur, dixit Xenoph. libro 2. ὑπομ. ſic Plato 2. de Rep. μαστιγώσεται dixit pro cædetur, Paſsiuè. μαστιγούσθω πληγὰς ἰσαρίθμους, numero æqualia verbera patiatur, Plato νόμ. ϛ. Ibidem, μαστιγωθεὶς ὁπόσας ἂν δόξῃ τοῖς δικασταῖς, cæſus prout iudicibus viſum fuerit.

Μαστιγώσιμος, verberibus dignus, μαστίγων ἄξιος, Lucian.

Μαστιγωτέος, verberandus, Ariſtoph.

Μαστίζω, μ. ίξω, π. ιχα, μαστιγόω.

Μάστιξ, γος, ἡ, flagellum, verbera, vibex. μάστιξι ξαινόμενοι, qui ſcuticis cæduntur, Plutarch. in Apophth. ‖ pro plaga accipitur Marci 5, ἰᾶται ὑγιὴς ἀπὸ τῆς μάστιγός σου, de muliere ſanguinis profluuio affecta.

Μάστις, ἡ, poeticè, idem, Odyſſ. ο.

Μαστίχη, ης, ἡ, maſtiche, reſina lentiſci. μαστίχη καὶ ἀλόη, maſtiche & aloe, Alexand. Aphrod. in Probl. proœm. Idem Probl. 106, lib. 1, μαστίχη καὶ ῥύπτει καὶ διαφορεῖ καὶ τονοῖ, maſtiche & abſtergit & digerit & firmat.

Μαστίχινον ἔλαιον, oleum maſtichinum, quod fit è maſtiche, Dioſcorid. lib. 1.

Μαστίω, pro μαστίζω, poeticè.

Μαστοειδῆ, τὰ, mammillantes carniculæ, Gaza 4. Anim.

Μαστοί, οἱ, terrarum ſupercilia, durities.

Μάστορες, οἱ, magiſtratus erat de rebus publicis inquirendis. Latini quæſitores vocant.

Μαστὸς, οῦ, ὁ, mamilla, propriè mulierum. Gaza in Ariſtot. vertit mammam. vide μαζός. Significat item montis cacumen, & poculi genus, Athen. lib. 11.

Μαστρύλλειον, ου, τὸ, locus vbi verſantur lenones, proſtibulum. vide Ματρύλλειον.

Μαστροπεία, ας, ἡ, lenocinium.

Μαστροπεύω, μ. εύσω, π. ευκα, lenocinor, perduco, i. ſtupro concilio. Appian. in 2. ciuil. de Cæſare vxorē accipiente Piſonis filiam, & ſuam deſpondēte Pompeio, quum quinquennium ei prorogatum eſt, βοῶντες κάτωνος διαμαστροπεύεσθαι γάμοις τὴν ἡγεμονίαν, i. imperium Cæſari nuptiarum lenocinio dari.

Μαστροπὸς, οῦ, ὁ καὶ ἡ, leno, ſeductor, lena, quaſi quæ vocē maternam mentitur ſuauibus verbis: ἡ μητέρος ὄπα σφετεριζομένη ἐν τῷ αἱμύλα κωτίλλειν, q. ματεροπὸς, Euſtath. Iliad. γ.

Μαστροφὸς, οῦ, ὁ, idem, Heſych.

Μαστὺς, inquiſitio, ζήτησις, Apollon. Rhod.

Μασυντὴς, paraſitus.

Μασχάλη, ης, ἡ, ala, axilla, armi. Transfertur quoque ad herbas, hoc eſt, cauū illum inter caulē & ramulos anfractum, vnde ſinuatim noua proles egreditur, quem Latini ſimiliter alas vel ſinus appellant, Ruellio authore. Dicitur etiā hoc nomine pars nauis, ὅπου καὶ ἀρτέμων. Sic Vergil. - & velorum pandimus alas. Sunt qui pro grue, hoc eſt, machina deponendis in naues ſarcinis eximendiſq; apta, interpretantur. vide in Chil. Eraſ. μασχάλην tollere.

Μασχαλιστὴρ, ῆρος, ὁ, lorum ad alligandum equos currui. apud Strab. μασχαλιστὴς pro eodem legitur.

Μασχαλίζω, in ſinu, vel ſub axillis gero.

Μασχαλίζω, μ. ίσω, π. ικα, obtrunco per ignominiam extremas partes corporis, per alas ſuſpendo.

Μασχάλιον, ſportula, caniſtrum è palmæ virgulis contextum.

Μασχαλὶς, ίδος, ἡ, μασχαλιστήρ. Itē μασχαλὶς, ala, axilla. etiam de arboribus, Theophr. 3. hiſt. plant.

Μασχάλισμα, τὸ, obtruncatio extremarum partium corporis, quæ à latronibus fieri ſolet, ne cognoſcatur iugulati cadauer.

Ματάζω, μ. άσω, π. ακα, ſtultè facio, ματαιοφρονῶ. Neutr.

Ματαιάζω, ineptio. Accuſat. Lucianus de luctu, ταῦτα πάντα ματαιάζοντα.

Ματαιᾶν, morari, διατρίβειν, χρονίζειν.

Ματαΐζω, μ. ίσω, π. ικα, vana iacto.

Ματαιολογία, ας, ἡ, vaniloquium, de rebus nihili curioſa diſceptatio.

Ματαιολόγος, vaniloquus, ſtultè loquens.

Ματαιολοιχὸς, οῦ, ὁ, qui friuolas res inueſtigat & conſulit, vel parcus & qui ex appenſione lucrum colligit, veluti menſuram lingens, & ὁ περὶ τὰ μικρὰ σπάμηνος καὶ πανοῦργος, Euſtath. Iliad. ι.

Ματαιόομαι, μ. ώσομαι, π. ωμαι, fruſtror.

Ματαιοπονεῖν, fruſtra conari & nihil perficere, Ariſtop.

Ματαιοπονία, inanis labor, inanis dolor, ‖ Artemid. de philoſophis argutis & ſophiſticis.

Μάταιος, ου, ὁ καὶ ἡ, inanis, ineptus, vanus, demens, ſtultus, & quē expectatio fruſtratur. ‖ ὁ περὶ μηδὲν χρήσιμος, Chryſoſt. in Epiſt. ad Epheſ. Idem, τοξοτῶν ἐμπειρίαν μάταιον ἀποφαίνει, ſagittariorum artem eludit & fruſtratur. Sophocl. κλύειν ἀνδρὸς ματαίου φλαῦρ' ἔπη μυθουμένου, virū futilē audire.

Ματαιοσπουδία, inane ſtudium.

Ματαιοτεχνία, eſt inanis & ſuperuacua artis imitatio.

Ματαιοτέχναι, οἱ, inanium artium ſtudioſi.

Ματαιότης, ητος, ἡ, vanitas.

Ματαιόφρων, qui inepta & abſurda ſapit, Damaſc.

Ματαιόφρονες, vanæ mentis homines.

Ματαΐζειν, deſipere, μωραίνειν, ματαΐζειν.

Ματαίως λέγειν, fruſtra verba facere, Plato in Epiſt.

Μάταν, pro μάτην, Doricè. Sophocl. νοῦν μάταν, id eſt, ἀδιεραμύτως.

Ματᾶν, torpeſcere, ἀμυντίζειν. Item aberrare à ſcopo, Euſtath. Iliad. ι.

Μάταξις, ου, ſertum quod emarcuit.

Ματεῖσθαι, & Ματεύεσθαι, inquirere, Hipp.

Ματεύω, μ. εύσω, π. ευκα, μαστεύω, quæro. Item nihil ago, fruſtra laboro, vanus ſum, Euripid.

Ματέω, μ. ήσω, π. ηκα, ἁμαρτάνω, inſanio, inefficax ſum. Item aberro à ſcopo, non collimo, teſte Euſtath. Iliad. ε.

Μάτην, fruſtra, gratis, ab re, ſine cauſa. μάτην ἐστὶ πόνος, inanis eſt labor, Plato de Leg.

Ματὴρ, inquiſitor.

Ματηρεύω, vanè viuo, inquiro.

Ματία, ας, ἡ, ſtoliditas, vanitas, ματαιότης, φρενοβλάβεια, Apollonius.

Ματίζω, quæro.

Ματὶς, vanitas. Item ſocordia, ματαιοφροσύνη.

Ματιολοιχὸς, οῦ, ὁ, qui parcè comedit, aut qui è minimis rebus ſeu menſuris captat lucrum. ἀπὸ τοῦ μάτιον & λείχω, quod eſt lambo, Cæl. lib. 14, cap. 21.

Μάτιον, ου, τὸ, menſuræ genus, & id quod minimum eſt, Cæl. ibidem. Item mica, exiguum fruſtulamentum.

Μάτιος, fruſtra deliberans, parcus, deceptor.

Μάτος, τὸ, inquiſitio.

Ματρόξενος, ſpurius.

Μάτρωσις, ἡ, Doricè, ἡ μαστοὺς ὅπα ἔχουσα, & pleonaſmo μάστρωσις, Euſtath. Iliad. σ.

Ματρύλλα, ας, ἡ, lena, μαστροπὸς, Euſtath.

Ματρυλλεῖον, locum eſſe aiunt in quo verſantes vetulæ comeſſaturas aut ſe mutuò inebriaturas ſuſcipiunt.

Ματρύλλιον, proſtibulum.

Μάτρως, ωος, ὁ, pro μήτρως, frater matris. Pindarus μάτρωας vocat parentes matris, ſic Euſtath. Bœot.

Ματτάβιω, circunſpicio, grauiter fero, mœreo.

Μάτταβος, ου, ὁ, ſtultus.

Ματτύη, ης, ἡ, cibi genus delicatiſsimi, vltimum ferculum & lautiſsimum. πᾶν τὸ πολυτελὲς ἔδεσμα, id eſt, omnia pretioſa edulia ſignificari hoc nomine ſcribit Athen. libro 14.

Ματτυάζειν, τὸ παρασκευάζειν αὐτὴν, εἴτε ἰχθὺς εἴη, εἴτε ὄρνις, εἴτε

λάχανον, εἴτε ἱερεῖον, εἴτε μύττωτον, opiparè & ſuauiter viuere, Eraſ. Chiliad.

Μόνον. ſolùm, tantummodo, μὴ μόνον, ἀλλὰ καὶ, nõ ſolùm, ſed etiam. Xenoph. μὴ μόνον τὸ καλλιόμενον ἱκανὸν ὄντα ποιεῖν, ἀλλὰ δυνάμενον καὶ ἀφ' ἑαυτοῦ χρήσιμον εἶναι. μόνον εἰ μὴ ποιήσειαν, ſi modò non fecerint, Iſocrat. μὴ μόνον, &c. πεῖσαι τῷ χρόνῳ δὲ ἅμα, &c. non ſolùm, ſed etiam, Plato νόμ. ε. μὴ μόνον, &c. πλέον δὲ, non ſolùm, ſed magis etiam, Idem ibidem. μὴ μόνον χάριεν, &c. ἀλλὰ δὲ, &c. Idem νόμ. ζ. οὐ μόνον, ἀλλὰ ὡς καὶ, &c. Thucydid. ἢν μόνον γε μένῃ ἡ φιλομαθίη σπουδή, modò maneat ſtudium, Gaza de Seneƈt. μόνον οὐκ ἀποθνήσκω σπουδῇ, penè in ſtudio morior, Idem ibidem.

Μονονοὐ. μόνον οὐ, &

Μονονουχὶ, quaſi, propè, fermè, modò nõ, propemodũ, tãtùm non. Lucia. ἅπαντι τὴν χάριν, καὶ μόνον οὐκ ὀνειδίζει.

Μονόξοος ἐλάτη, abies ſimplex: ſic dicitur quæ vnum duntaxat venarũ habet curſum, Theoph. libr. 5. hiſt. plantar.

Μονόξυλον,ου,τὸ, monoxylon, i. nauigium ex ligno integro, alueus. vide in Bayf. monoxylæ lintres.

Μονοούσιον, τὸ μὴ ἔχον ἕτερον τι τῆς αὐτῆς οὐσίας ὅμοιον, quod ſolũ eſt in ſuo genere, & nihil ſuæ ſubſtantiæ ſimile habet: vt Sol, Luna, cælum.

Μονοπάθεια,ας,ἡ, morbus vnius. ‖ μονοπάθεια τῶν ὀφθαλμῶν, quum vnus tantum oculus dolet, Alex. in Problem.

Μονόπαις λόγος, filius vnigenitus, Eurip.

*Μονοπάτιον, iter, in Pandeƈt. 6. differt τῆς πλατείας ὁδοῦ.

Μονοπέδιλος,ου,ὁ, vnico calceo indutus.

Μονοπῆραι λύκοι, lupi inertes & vnipetæ, Ariſtot. 8. An.

Μονόπηχος, ſimplici veſte indutus & vnica, i. μονοχίτων.

Μονοπόδιον,τὸ, apud Plinium, menſa quæ vno tantùm pede ſuſtinetur.

Μονοπραγματίω,ῶ, vnicam rem traƈto, Ariſtot. 4. Polit

Μονοπρόσωπος ἀντωνυμία, Pronomen demõſtratiuum, vt ἐκεῖνος: ſic diƈtum, quòd prima perſona careat.

Μονοπροσώπως, ſub vna perſona.

Μονοπωλῶ, ſolus vendo, Strab. vnde

Μονοπωλία, & μονοπώλιον, huiuſmodi vẽditio, Budæus Comm. μονοπωλίαν αὐτῷ κατασκευάζει, ſibi ſoli venditionem comparat, Ariſtot. 1. Politic. μονοπωλίαν τῶν ὠνίων ποιεῖν, ſibi venditionem reſeruare, Idem in Politic. Eſt etiam μονοπώλιον, apud Hyperidem circus æditiórve locus, in quo venum exponebantur mancipia, quem & βάπτζαι noua Comœdia nominat.

Μονόραξ, auulſus.

Μονόρριζος, ſimplicem habens radicem, vnica radice firmatus, vniſtirps, vnica radice fixus.

*Μονόρχεις ὄνοι, in Hippiat. altero teſticulo mutili.

Μόνος,η,ο, ſolus, deſtitutus, vnicus, ſingularis, ſimplex, nõ mixt⁹. Sophoc. σοῦ δίχα γοῦ μόνος ὧν ὀρφανισθῶν μὴ εἶναι, abs te deſertus, abs te ſeparatus, κεχωρισμένος, te orbatus. μόνος τῶν ἄλλων, i. ἀπὸ τῶν ἄλλων, Interp. Heſiodi. μόνος τῶν ὄντων ἀνθρώπων, Demoſt. ex hominibus vnus.

Μονοσιτέω,ῶ, ήσω,α. κα, ſemel comedo in die. Neut. abſolut. Bud. Com. ‖ μονοσιτεῖν dici poteſt vt ἀσιτεῖν, pro eo quod νηστεύειν dicitur ieiunare.

Μονοσιτία, quum ſemel in die comedimus, Galen.

Μονοσκήπτρος, ſolus ferens ſceptrum, monarcha.

Μονοστελεχὴς,έος,ὁ καὶ ἡ, qui eſt ſimplici caudice. μονοστελεχῆ, quæ habent à radice caudicem vnum.

Μονόστεον, oſſe continuus, oſſe continuo.

Μονόστιχον,τὸ, ſimplex verſus, in Epigr.

Μονοστόλος, ſolus miſſus, deſertus & ſolus, Sophocl.

*Μονόστομος, vt μονόστομος ἀξίνη, ἡ ἡμιπέλεκυς, non anceps, non bipennis.

Μονόστεος αὐχὴν, collum oſſe perpetuo rigens, Ariſtot. 4. de part. Anim. οἱ δὲ λύκοι καὶ λέοντες μονόστεον τὸν αὐχένα ἔχουσι.

Μονόστροφος ἄμαξα, id eſt, plauſtrum ſimplicis verticis, Theophraſt. lib. 5.

Μονοσύλλαβος,ὁ. vide in Chiliad. Eraſm.

Μονότεκνος, vnius filii, vnipara, Euripides in Hercule furente.

Μονότοκος,ὁ, vniparus, vniprolis, Gaza.

Μονοτόκος,ου,ἡ, vnipara.

Μονοτονία,ας,ἡ, peruicacia. μονοτονία, vna quædam ſpiritus ac ſoni intentio, ait Quintil. lib. 11. de varietate pronuntiationis loquens: quam vitandam eſſe ait.

Μονοτόνος,ου,ὁ, peruicax.

Μονότροπος,ου,ὁ, vniuſmodi, ſimplex, candidus, πάσης τῆς καὶ μεταχειρίσματος χειὸς. Opponitur τῷ ποικίλῳ, Baſil. in Hexaem.

*Μονοτροφῶ, Strab. 67, ψυχρολουτοῦντας καὶ μονοτροφοῦντας καθαρείως καὶ λιτῶς, de Luſitanis loquens.

Μονόφαλος, ſtella lucida in corde leonis apud Aſtronomos.

Μονοχία,ας, cœlibatus.

Μονοφαγία,ας,ἡ, viƈtus ex vna re.

Μονοφαγίστος, qui ſolus veſcitur, Ariſtoph.

Μονόφαγοι, apud Athenæum dicebantur, quòd ſeorſum ferè veteres pranderent, more diuerſo à Romanis, qui ſimul cũ amicis decumbebãt. vnde cœna ab eis diƈta, διὰ τὴν

τὴν κοινωνίαν, Cæl.lib.14,cap.57,& Eraſm.in Chiliad.

Μονόφαντος,ου,ὁ καὶ ἡ,ſolus apparens.

Μονόφθαλμος,ου,ὁ,luſcus. ἑτερόφθαλμος,vnoculus: potius dicitur ἑτερόφθαλμος,ait Phrynic.

Μονόφθογγος,ὁ καὶ ἡ,vniſonus. vnde μονόφθογγος συλλαβὴ,ſyllaba quæ vnicam vocalē habet. cui opponitur δίφθογγος.

Μονοφόρβος,ου,ſolus paſcens.

Μονοφυὲς,τὸ,vnigenitum.

Μονοφυὴς,έος,ὁ καὶ ἡ,ſimplex,non geminus,vnius naturæ. ἀσχιδὲς,ἀβλαστὲς, Theophr.

Μονόφυλλος,vnico folio conſtans.

Μονόχειρ,vnimanus. dicit Liu. Aretii puerū natū vnimanū.

Μονόχηλα σφυρὰ,Eurip,de equis.

Μονόχθηρος,firmus,improbus.

Μονοχιτῶ,habeo vnam tantummodo tunicam.

Μονοχίτων,ωνος,ὁ καὶ ἡ,cum vno tātùm veſtimento, i. cum interula,Philoſtrat. Bayſ.exponit tunicatum, vel ſola tunica amictum.

Μονόχροος,vnicolor,vnius coloris. τὸ μονόχρουν,vnicolor, contractim pro μονόχροον,vt pro μονόχροος,μονόχρους. μονόχρωμος,pro eodem,Ariſtot.& Dioſcor.

Μονοχρώματος,ου,ὁ,vnius coloris. & μονοχρώματα,ſingulis coloribus depicta.

Μονοψάδης,priuatus.

Μονόω,μ. ώσω,π. ωκα,deſero,deſtituo. μεμονῶσθαι,deſtitutum eſſe,derelictum eſſe. μεμονωμένος, apud Plat. de Leg. ſolus,deſtitutus. μεμονωμένοι,ab aliis ſeiuncti,ſociis deſtituti,diſcluſi.

Μονῳδεῖν,lugere,carmen flebile canere.

Μονῳδία,ας,ἡ,monodia,nænia,carmen funebre, ſolitarius cantus, non adhibita tibia vel lyra. Et eſt propriè quando vnus aliquis ab ſcena cantū profert,& non chorus ſimul,Cæl.lib.4,cap.4. μονῳδίαις exponitur apud Ariſtoph. γυμνάσμασι μονῳδικοῖς.

Μονῳδοὶ,vocantur poetæ,qui ſub vna tantùm perſona argumentum explicant, hoc eſt, μονοπροσώπως ἀφηγοῦνται. Et poema huiuſmodi dicitur μονῳδικὸν,cuiuſmodi in Alexandra concinnauit Lycophron.

Μονωθεὶς,έντος,ὁ,ſol⁹ derelict⁹. μονωθεὶς ἀέρος,ab aere deſtitutus, Plato in Timæo. μονωθεὶς τῶν συμμάχων, Herodot. μονωθεὶς ἀπὸ πατρὸς,à patre ſemotus. μονωθεῖσα,ἡ,vacans.

Μονωνία,ας,ἡ,ſuperbia.

Μονῶνυξ, ſimplex,vnicum vnguem habēs. μονώνυχες πόδες,ſolidi pedes,Ariſtot.2.de Anim.

Μόνως,ſolùm,Aduerb. Xen. οὕτως γὰρ μόνως ὁ τοιοῦτος σωθείη.

Μόνωσις,ἡ,ſingularitas,vnitas,ſimplicitas,ſolitudo.

Μονώτης,ſolitarius,& ὁ μονώτην βίον ζῶν,vitam in ſolitudine agens. μονώτης βίος,ſolitaria vita. μονῶτις φωνὴ,vox ſolitaria,Ariſtot.9.Anim.

Μονωτὶ,clàm,ſolitariè.

Μόνωτος,ου,ὁ καὶ ἡ,vniauris.

Μόρα,ἡ,tribus,vel decuria,vel quid ſimile,apud Lacedęmonios: παρὰ τὸ μείρω,de parte turbarum. Eſt autem acies ex quingentis aut ſeptingentis,aut triginta viris, apud Demoſt.pro cohorte ſeu legione ponitur. Xenop. in 4. ἑλλην. in Lacedæmoniorum republica dicit vnamquanque ex ciuilibus partibus,i. ἑκάστην τῶν πολιτικῶν μορῶν continere vnū πολέμαρχον,hoc eſt,belli ducē, quatuor λοχαγοὺς,ſiue manipulares ac turmæ ductores,octo πεντηκοστῆρας, i. quinquaginta virorū turmas, ἐνωμοτάρχας ſedecim. At teſtatur etiā Ariſtot. Lacedęmonios μόρα quaſi μοίρας appellaſſe,ac totam gentem in μόρα ſiue μοίρας diſtributā.

Μοργὰ,ᾶς, ἡ, menſum terræ ita apud agricolas vocabatur, μόργιον,πλέθρον,iugerum.

Μοργία,intemperantia,guloſitas.

Μόργος,ſepes,vehiculorum ſepimentum,quibus paleę deuehuntur. Item coriacea armatura.

Μοργνύω,μ. μόρξω,abſtergo.

Μοργύλλω,procraſtino,diem diffindo.

Μορέα,ας,ἡ,ἡ συκαμινέα, Dioſcor. morus arbor.

Μορέω,laboro,abrado,tumulo,Etym.

Μόρημα,cumulus,ramentum,Idem.

Μορία,ας,ἡ,oliua, olea. omnem oliuā quidam ſic dicūt. quidam verò tantùm Mineruæ ſacras. Ariſtoph. νεφ. εἰς ἀκαδημίαν κατιὼν,ὑπὸ ταῖς μορίαις ἀποθρέξεις. Vide apud Suidam. μορία item legitur in Epigr. pro ſtultitia.

Μόριμος,ου,ἡ,fatalis, μόρσιμος.

Μόριον,ου,τὸ,particula,membrum,pudenda,momentū, pars,diſtinctio. ἐν βραχεῖ μορίῳ, in breui momento. μόρια δικαίου,partes iuris, Hermog.

Μόριος,partialis,inſatiabilis. μορίης γῆς,in Epig. vbi fortè μόριος pro μόριμος legitur.

Μορὶς,ὁ,vates,particeps,partiarius. itē ἡ μορὶς,pars,Herodot.

Μορμολύκειον,ου,τὸ,larua,perſona,terriculum,ſpectrum. eſt etiam factitia vox. Item caprorum facies,Etym. Item Tragicorum & mimorum perſonæ,quas Dorienſes γόργια vocāt. μορμολυκία legitur apud Philoſt. genere Fœminino,niſi ſit menda.

Μορμολυκεῖον,in antepenultima circūflexum, idē quod μορμολύκειον,Etym.

Μορμολύττομαι,μ. ύξομαι,π. υγμαι,terreo. μορμολυττομένους τὸν θάνατον,mortem formidantes atque extimeſcentes,apud Platonem in Axiocho.

Μορμορωπὰ ῥήματα,terrifica,Ariſtoph.

Μόρμος,moleſtus,terribilis.

Μορμύλος. vide μόρμυρος,mormyra Plin. dicitur, vt Gaza vertit apud Ariſtot. AElianus μορμύλον vocat.

Μορμυρὴ,murmur aquarum.

Μορμυρίζω,μορμύρω,fremo.

Μόρμυρος,ου,mormur,piſcis marinus.

Μορμύρω,murmuro,obſtrepo: παρὰ τὸ μύρω. verbū fictū à fluuiorū ſtrepitu. Neu. abſol. inferi⁹ μυρμύρω ſcribitur.

Μορμυρωπὸς,οῦ,ὁ,Solis epitheton, vbi ex defectu ſubobſcurus eſt,aut ſanguineus.

Μορμὼ,όος,ἡ,mulier facie monſtroſa,& penè ferina, lamia,ſtrix. vnde & pro larua ponitur,vt eſt in vita AEſopi. Ariſtoph. volens horribilitatem vocis & feritatem oſtēdere, μορμὼ τοῦ θράσους extulit,quaſi dixiſſet, ὢ τοῦ θράσους, ò audaciam,vt annotat Euſtath. Iliad. φ.

Μορμὼν, ῶνος, larua, & perſonarum terriculamentum. Xenoph. Cōm. l. 4. οἱ μέντοι λακεδαιμόνιοι ὑποχωροῦντες ἐπολέμουν ὡς οἱ σύμμαχοι φέβοιντο τοὺς πελταστὰς,ὥσπερ μορμόνας παιδάρια.

Μορσιδικῆσαι,ἀντὶ τοῦ μόρους μεταλαβεῖν, Antiphonti teſte Harpocrate.

Μορόεις,όεντος,laboratus, μετὰ πολλοῦ καμάτου πεποιημένος. Itē lethalis, κακοποιὸς,ὁ μόρον ἄγων,apud Nicandr.

Μόρον,ου,τὸ,morum,fructus,Euſtath. Iliad. ξ. μόρον Cypriorum lingua τὸ ὀξὺ. i. acutum ſignificare ſcribit.

Μοροπονεῖν,angi,vehementer laborare.

Μοροπονοῦν,τὸ,malè affectum.

Μόρος,ου,ὁ,labor,cruciatus,morbus, μοῖρα, ſors, interitus,mors,cædes,fatum, τύχη. θηρὸς μόρον,interitus feræ,i. quem fera infert. ὑπὲρ μόρον,præter fatum, ὑπὲρ τὸ πεπρωμένον,in Odyſſ. Xenoph. in Ageſilao, ἐκ τοῦ φανεροῦ ἀντιπαρέταττε, λακεδαιμονίων μὲν ἔχων μόραν καὶ ἥμισυ,&c. i. τάγμα: vbi Phileph. interpres vertit, habens Lacedæmoniorū tribum vnam & ſemis.

Μόροττον,è corticibus quippiam textum,quo ſe mutuò in Cerealibus percutiebant,ſportula.

Μόροχθος,ου,galaxia lapis.

Μόρσιμον,ου,τὸ,fatū,neceſſitas ineuitabilis, fatale, εἱμαρμένον,πεπρωμένον: ἀπὸ τῆς μοίρας. Iliad. ε, μόρσιμον ἦεν,&c.

Μόρσιμος,ου,ὁ,fortunatus,fatatus,fatalis. Item propriū poetæ tragici,Ariſtoph.

Μορτὸς,mortalis,niger,fuſcus.

Μορύξαι,contaminare,polluere,fœdare, μολύνεσθαι.

Μόρυχος,ου,ὁ,Morychus, cognomen Bacchi apud Siculos,quòd in vindemia eius facies muſto & virentibus ficis oblini conſueuit,Eraſ. prouerb. Morycho ſtultior.

Μορφάζω,nuto,annuo: καὶ ὑπομορφάζω,Baſil.

Μορφασμὸς,ῦ,ὁ, genus ſaltationis,qua repræſentabātur diuerſorum animalium geſtus.

*Μορφεὺς, Morpheus, Somni filius. Ouid.in 11. Metamorph.quem ſimulatorem vocat, Excitat artificē ſimulatorémque figuræ Morphea.

Μορφὴ,ῆς,ἡ, forma,ſpecies,τύπος,ὄψις,εἶδος.

Μορφίζω, formam mentior, & concilio arte formam.

Μορφνὸς,ῦ,niger, obſcurus: ... vel rapax,ὁ συλληπτικὸς ... Item lethifer. Vnde & pro tertio aquilarum genere ponitur, quas Homerus ... vocat, vt ait Plinius lib.10, cap.3. ... Huius aquilæ meminit Ariſtot.de nat. Animal.lib.9, μορφνὸς ἀετὸς, morphna aquila: à macula pennæ, quaſi Næuiam dixeris, inquit interpres Gaza. Heſiod. de ſcuto Herculis, ... vbi Interpres, μορφνὸς, ὁ ἀετός. ... Homer.Iliad.ω, ...

*Μορφοσκοπεῖ, apud Athen. ... i.inſpiciendam faciem præbet,& cum eo de pulcritudine contendit.

Μορφόω,ῶ,ώσω,π.ωκα, formo, delineo, figuram reddo, formam immuto. Actiu. Accuſ. ὁ τῇ αὐτῇ πίστει μεμορφωμένος, qui eadem fide eſt informatus, Nazanz.

Μορφωῦν,orno.

Μορφὼ, Veneris cognomen apud Lacedæmonios, calyptram & pedicas habentis.

Μόρφωμα,τὸ,figura, figuratio, formatio.

Μόρφωσις,εως,ἡ, formatio, inſtituendi formandíque ratio,forma.

Μόσαι,dii Babylonii, quibus menſe Maio in Epheſo victimæ cædebantur.

Μόσυν,υνος,ὁ,turris,domus lignea, ſedile ligneum, tribunal & ſuggeſtum ligneum, ξύλινον τεῖχος, vnde μοσύνοικοι ἔθνος ποντικόν. Apollon.2, ... Item μόσυν, pro ſede lignea. Idem libro eodem, ...

Μοσυνεῖν, de turribus pugnare.

Μοσύνοικοι,οἱ: vide μόσυν.

Μοσχάριον,ου,ὁ,vitulus,μόσχευμα.

Μοσχῆ,ῆς,ἡ,pellis vitulina.

Μοσχεῖον, plantarum vel tenuium olerum,ſeu etiam plātarum inſitiones,Etym.

Μόσχειος,ου, vitulinus,bubulus.

Μοσχεύματα,τὰ,ſtolones, plantæ teneræ, & nouelli rami,malleoli vitium, viuiradices,i.τὰ εἰς φυτείαν κατορυσσόμενα κλήματα,propagines.

Μοσχεύω,ω,εύσω,π.ευκα,emitto ſtolones, viuiradices efficio. ... viuiradices facere ex ſermentis. Theophr.in 3.de cauſis. Idem de palma loquens, ... i. virgas enim tenerrimas Babylonios viuiradices efficere aiunt, adultáſque transferre. τὸ μεμοσχευμένον, viuiradix.

Μοσχηδὸν, Aduerbium, vituli in morem.

Μοσχίας,ὁ,aries triennis, τελειὸς κριὸς, Euſtath.

Μοσχίδιον,ficus tenera & primùm enata, ſtolo, turio, aſparagus. (nus.

Μοσχικὸς,laſciuus, ſaltatorius, σκιρτητικὸς, exiliés, vituli-

Μοσχίον,τὸ, ſtolo, & vitulus nouellus, vaſculum ſemen ceparum continens.

*Μοσχοποιεῖν dicti ſunt ἰουδαῖοι in deſerto, Act.Apoſt.7, καὶ ἐμοσχοποίησαν, vitulum fecerunt conflatilem.

Μόσχος,υ,ὁ καὶ ἡ, ſtolo, viuiradix, nouella ſtirps, fruticatio inutilis. vnde & pampinatio inuenta eſt, inquit Plinius. μόσχος φύλλων, pediculus foliorum. Item vitulus, iuuenca, bos. Pro puero legitur apud Eurip. μόσχος μονότεκνος, i.μόνος, apud Orph. Interp. Heſiodi. Itē calendæ mēſis, ſiue νουμηνία.

Μοσχύομαι, nutrior, Etym.

*Μοτάριον, diminutiuum ἀπὸ τοῦ μοτοῦ, in Hippiat. pro linamēto ponitur: & apud AEgin. ... de palpebris inſubulatis & inuſtis loquens.

Μοτόω,ῶ,ώσω,π.ωκα, medeor, curo vulnus vt citò claudatur. Neutrum.

Μοτὶς,ῖδος,ἡ, peniculus vulnerarius, idē qui μοτός. Q. Calaber, ... μοτὸν, &c.

Μοτοφόνος,ὁ,raram habens barbam.

Μοτὸς, πλατὺς, linamentum eſt ſeu linteum concerptum quod in vlcera inditur. Legitur quoque in Plurali τὰ μοτὰ pro eodem, quæ & ... appellant Medici, à genitalis humani forma, & στρεπτὰ, ξυστὰ, ἐλλυχνιωτὰ, à torquēdo, radendo, ac lucernarum funiculis. vide Iſagogen Galeno adſcriptam. μοτὸς quintuplex eſt: στρεπτὸς, tortilis: ξυστὸς, raſilis, quòd deraſa linteolorum materia formaretur: πλατὺς, concerptilis, à concerptu vellicatúque materiæ: ἐλλυχνιωτὸς, quòd ex ellychnio cōflaretur: & ..., quòd ad ſpeciem veretri ſiue mentulæ faſtigiaretur.

Μότωσις, idem quod μοτὸς.

Μοτέω, vulnero, turbo.

Μότθος, diſſolutus, mollis.

Μοτῶσαι, immiſſo peniculo linamentóve curare.

Μοῦ, mei.

Μουῖαι, vermes, qui in carne putrida gignuntur.

Μουκηρόβατος,ὁ, apud Lacones dicebatur qui amygdala frangit. μουκήρους enim illi amygdala vocitabāt, refert ex Pamphilo Athenæus.

Μουλίζω, labiis compreſſis iram oſtendo.

Μουνάξ, tamen, & ſeparatim, vnicè, Odyſſ. θ, λ.

Μουνάρχος, Herodot. pro μόναρχος, princeps vnicus, monarcha. μουνάρχοι γυμναστῶν, Eurip.

Μουνὰς, ſolitariè, καταμόνας.

Μουνογενὴς,ὁ καὶ ἡ, vnic⁹, vnigenitus. Heſio. μουνογενὴς ... παῖς.

Μουνόγληνος, vnoculus, in Epigram.

Μουνολέων, ſolus leo, ſolitarius leo, in Epigr.

Μουνολεχὴς,έος,ὁ καὶ ἡ, ſolicubans, in Epigr. μουνόλιθος, ex ſolido marmore, ex vno lapide.

Μουνερέτης, ſolus remex, in Epigr.

Μοῦνος,ου,ὁ, ſolus, pro μόνος.

Μουνόω,ῶ,ώσω, pro μονόω, deſero. μούνωσε, ad vnitatem redegit, Odyſſ.π. οἱ μὲν δὴ ἐμουνωσάντο, ſingulis ſingulos calculos habebant, ſoli erāt. μουνωθεὶς σου, te priuatus, Eurip. μουνωθεὶς τῶν ἄλλων, digreſſis aliis ſolus.

Μουνυχία,ας,ἡ, Luna, & Munychia portus Athenienſis & templum Dianæ apud Laert.lib.1.in Epimenide.

Μουνυχιὼν,ῶνος,ὁ, Ianuarius, mēſis vernus. Rectius Gaza Martium eſſe vult, vt in quo vernum ſit æquinoctiū, authorum teſtimonio. Et Harpocr. decimum apud Athenienſes menſem hoc nomine dicit appellari.

Μοῦσα,ης,ἡ, Muſa, cantus. Orph. in hymnis, μύσας per cōciſionem, quaſi μυούσας dici putat, vt nihil ſint niſi μέλος ἁρμονικόν. Alii quaſi ὁμοούσας, quòd vno nexu diſciplinæ omnes teneantur, atque ita fiat ἐγκυκλοπαιδεία. Alii παρὰ τὸ μαίομαι, τὸ ζητῶ, ... Euſeb. autē ... dictā eſſe tradidit, quòd διδάσκειν ſignificat ..., Cæl.lib.11, ca.10, & Bud. Com.

Μουσαγέτης,ῦ,ὁ, Sol vocatur ab Orpheo, quòd omniū orbiū temperet harmoniam, vt annotat Domitius Chald.

Μουσόληπτος,ὁ,ὁ, à Muſis raptus.

Μούσαξ, rabula, qui clamore nutritur.

Μουσεῖον,ου,τὸ, muſæum, loc⁹ muſis & ſtudiis cōſecratus, in quo de diſciplinis honeſtis agitur. Philoſtratus in vita Thyanei μουσεῖον vocat, vbi Muſæ colebantur & reſpōſa reddebant, quod & Pollux affirmat. Steph. eſſe tradit apud

apud Olympum in Macedonia ex authoritate Polybii. μουσεῖα χελιδόνων, muſæa chelidonum, Ariſtoph.

Μουσεῖος, muſicus. μουσεῖος κέλαδος, cantus muſicus, in Epigram.

Μουσηγέτης ἀπόλλων, Plato νόμ. β. meminit Pauſan.

Μουσηγετῶ, citharam pulſans.

Μουσίζω, μ. ίσω, π. ικα, cantu contendo, Neutr. Dat.

Μουσικεύεσθαι, τὸ μουσουργεῖν.

Μουσικὴ, dicebatur à priſcis humanitas literarum, in qua ingenuos homines docebant otium conterere, animúmque recreare. Recẽtiores verò ad numerorum modulationem hoc vocabulum tranſtulerunt: quia muſica velut ludus animi à curis vexati eſt requies. ex quo factũ eſt, vt μουσικὴ οὐ μόνον τὴν παιδείαν. ἀλλὰ καὶ τὴν παιδιὰν ſignificet, Bud. Comment. modulandi ratio à Gaza vertitur. Plato 2. de Republ. in priori intellectu, ἔστι δέ που παιδεία ἡ μὲν ἐπὶ σώμασι, γυμναστική: ἐπὶ δὲ ψυχῇ, μουσική· vbi mox ſequitur, μουσικῆς δ' εἰπὼν τίθης λόγους, ἢ οὐ; ἔγωγε. μουσικὴ ἐν ἀσπίδι, dexteritas & concinnitas in clypeo, Eurip. μουσικὴν ἀναβάλλομαι, cano, cantilenam reſumo, Aphthon.

Μουσικὸς, οῦ, ὁ, cantor, muſicus. μουσικὸς ἀγὼν, id eſt, σκηνικὸς μουσικοὶ ἀγῶνες, Plato νόμ. ν. ludi muſici. Ariſtoph. in Plut. ποιεῖν ἀγῶνας μουσικοὺς καὶ γυμνικούς. ‖ Item decens, commodus ad vitam, Plato lib. 5. de Legib. μουσικοτάτη οὖσα καὶ ἀρίστη, ἡ μὴ ἐνδεὴς τῶν αἰσχρῶν, mediocris ſenſus.

Μουσικῶς, decenter, eleganter, Plato.

Μουσικώτατα, doctiſsimè, Ariſtophan.

Μουσοδρόμοις πόδεσ, in Epigram.

Μουσοκλεπτίδης, qui carmina muſica, aut melica canebant. ea fere lugubria erant.

Μουσοκόλακος, ου, muſica illecebra.

Μουσομανὴς τέττιξ, in Epigram.

Μουσόμαντις, iactabundus, κομπώδης.

Μουσομανῶ, inſanio per muſas, vel ſtudio muſarũ, cantu inſanio.

Μουσοπάταγος, ὁ, recitator clamoſus, vel perſonare omnia faciẽs. Cicero ad Quintum Fratr. Non me Hercule, quiſpiam μουσοπάταγος libentius ſua recentia poemata legit. Sunt qui vertãt verſificatorem obſtreperũ.

Μουσοποιέω, decanto, Ariſtoph. νεφ. ποιῶντες μουσοποιοῦσιν, de his carmina componunt, has canunt.

Μουσοποιὸς, οῦ, ὁ καὶ ἡ, poematis conditor, ſeu cõditrix: ſic Sappho dicitur, Herod. μουσοποιὸς μέριμνα, Euripid.

Μουσοπόλος, ου, ὁ, poeta. μουσοπόλοι γράμματα, in Epigram. μουσοπόλοις χερσὶ, Ibidem.

Μουσουργὸς, οῦ, ὁ καὶ ἡ, muſicus, i. cantor. Xenoph. μουσουργοὺς γυναῖκας vocat cantrices, pſaltrias.

Μουσουργεῖν, modulari, muſica arte componere, Accuſat. Bud. Com.

Μουστάκια, τὰ, muſtace dicere videtur Athen. in catalogo placentarum.

Μουσῶν, pro ἡμῖν ἐστὶν, Atticè.

Μουσοῦσθαι, à Muſis erudiri.

Μόσυνες, cocis præfecti, τεχνῖται.

Μουσόω, numeris & modis exornare, venuſtius reddere. μεμούσωται, ſonitum edit aut edidit, concentu reſonat, Philoſtrat.

Μοχθέω, μ. ήσω, π. ηκα, laboro, affligor aduerſis, in ærũnis ago, κακοπαθῶ. Xenoph. cum Accuſ. ἄλλα πάντα μοχθήσουσι, alia omnia incommoda patientur. Ariſtoph. πολλὰ μοχθήσαντες. Idem pro efficio, ταῦτα οἱ θεράποντες μοχθήσουσι. μοχθῶ τὸν πόνον, Euripid.

Μόχθημα, ατος, τὸ, labor, Idem.

Μοχθηρία, ας, ἡ, nequitia, improbitas, vitium, prauitas. Ariſtophan. ὀνόματι περιπίπτουσι τὴν μοχθηρίαν. & κατὰ μοχθηρίαν ζῆν, Ariſtot. dicitur ex vitio viuere. ἡ τῆς ἀρχῆς ἐπιθυμία ἡ αἴτιος τῆς ἀρχῆς, Suid.

Μοχθηρὸς, οῦ, ὁ, flagitioſus, nefarius. μοχθηρὸς χυμὸς, vitioſus humor, Galen. lib. 1. ad Glauc. μοχθηρὸς βίος, vita ærũnoſa, Sophocl. μοχθηρὸς τοὺς τρόπους, moribus improbis præditus. Ariſtop. in Pluto, τοὺς τρόπους τις ὢν μοχθηρὸς ἦν. ‖ Gell. μοχθηροὶ καὶ φορτικοὶ, ait improbos & importunos dici, quos Latini ſtolidos vocant, non tam ſtultos & excordes, quàm tetros, moleſtos & illepidos.

Μόχθηρος, ου, ὁ, agricola, laborioſus, ἐπίπονος, πόνηρος. Ariſtophan. in Pluto, τὸν πλοῦτον ὦ μόχθηρε σὺ, ἔχω, ipſum Plutũ, ô ærumnoſe tu, habeo.

Μοχθηροτέρως ἔχειν, deterius ſe habere. Plato 1. de Rep. πάγκοιν οἰκεῖα δι' ἀμέλειαν μοχθηροτέρως ἔχει.

Μοχθίζω, poeticè, pro μοχθῶ, laboro. Homer. Iliad. β, ἕλκεϊ μοχθίζοντα, id eſt, κάμνοντα, πονοῦντα, vulnere afflictum.

Μοχθισμὸς, οῦ, ὁ, labor.

Μοχθηρικῶς, laborioſe.

Μόχθος, ου, ὁ, labor, fatigatio, ærumna, συμφορὰ, calamitas. ἐν κόπῳ καὶ μόχθῳ, in labore & moleſtia, Paulus 2. ad Corinth. cap. 11. Eraſm. Annot. μόχθον eſſe laborem cum difficultate coniunctũ: quaſi diceres conatum aut molitionem.

Μοχλεία, commotio cum vecte, obfirmatio.

Μοχλευτὴς, ὁ, motor, concuſſor, molitor, machinator. Epithetum Neptuni, qui non ſolùm terram, ſed mare etiam motitare dicitur. Ariſtoph. νεφ. γῆς τε καὶ ἁλμυρᾶς θαλάσσης ἄγριον μοχλευτήν. Ibidem, ὦ καινῶν κινητὰ καὶ μοχλευτὰ, i. nouarum rerum molitor & machinator.

Μοχλεύω, μ. εύσω, π. ευκα, &

Μοχλέω, μ. ήσω, π. ηκα, moueo, cum ſera moueo, obfirmo vecte ſiue repagulo, vectibus ago & molior, σαλεύω. Actiu. Accuſat. Chryſoſtom. de officio Epiſ. ἀδελφὸς ὑπὸ ἀδελφοῦ βοηθούμενος ὡς πόλις ὀχυρὰ, καὶ ὡς μεμοχλευμένη βασιλεία.

Μ[illegible] ας, ἡ, tralatio oſsis in locum ſuum, ſiue ex eo quod [illegible]ter naturã, in id quod ex natura, vectis, Cælius libro 11, cap. 29.

Μόχλιον, ου, τὸ, &

Μοχλὸς, οῦ, ὁ, & in plurali, μοχλὰ, τὰ, vectis, quo vtũtur plerunque parietũ perfoſſores, repagulum, contus, pal°.

Μοχλόω, idem quod μοχλεύω.

Μῶ, facere, & μῶ, fortitus eſt. vide in Chiliad. Eraſm.

Μυάγρα, ας, ἡ, muſcipula, decipula ad capiendos mures, in Epigram.

Μύαγρος, ου, ὁ, muſcarum deus. apud Nicand. genus ſerpentis eſt.

Μυάκανθος, ου, ἡ, ſpina murilis, Theophraſt. libro ſexto hiſtor. plant.

Μύαξ, ακος, mytilus, conchæ ſpecies, murex. Dioſcorid. ἀπόλα μύακι τὸ ἐπιπλέον ἔλαιον, tollito concha innatans oleum: ſic Interpr. vel cochleari. εἰς μύακας λιπαρίαν ἀναλαμβάνουσι, Dioſcorid. lib. 1. Hermol. vertit, pinguitudinẽ in cornua colligunt: Ruell. conchis excipiunt: conchulas etiam Marcellus exponit.

Μυᾶν, conniuere, irridere, τὰ χείλη πρὸς ἄλληλα συνάγειν.

Μυγάλη, ης, ἡ, mus araneus. Valla ex Herodot. Eraſm. muſtellam vertit. Vide AElian. & Nicand. ‖ Animal eſt tenuiſsimum, à mure & muſtella dictum, quòd vtrique ſimile ſit.

Μόγις, vix, pro μόλις.

Μύγμα, ramentum, laceratio. μύγματα ἐνέχων, id eſt, κατεξεσμένα, Euripid.

Μυγμὸς, οῦ, ἡ, ſonus narium, irriſioni plerũque dicatus, reprehenſio. Vnde qui citra reprehenſionis morſum agit, ἀμώμητον detracto γ dicitur.

Μυγμὸς, οῦ, ὁ, ſtridor muris, Ariſtot. 9. Anim. ἄλλεται καὶ μυγμὸς, id eſt, quatit, proſilit, ictúmque & ſtrepitum mouet, Gaza.

Μυδαίνω, putrefacio, ſtillo.

Μυδαλέος, ου, ὁ, humidus, κάθυγρος, ἔνυγρος, madidus, διάβροχος, fœdus & teter. Apoll. 2. Argon. καὶ δ' ἔτι μυδαλέην ὀδμὴν χέον, id eſt, μυσαρὰν, tetrum odorem fundebãt & putidum. Heſiod. χεῦε τε μυδαλέον δεῖν, &c. Idem, δάκρυσι μυδαλέη, lachrymis liqueſcens.

Μυδάω, μ. ήσω, π. ηκα, diſtillo, humecto, putreſco, labefa

cio,tabefacio,tabeſco,fœteo,inflor,tumeo,tumore putrifico afficior.

Μύδες,teſtudines lutariæ,ſiue mures aquatiles.

Μύδησις,diſtillatio, putrefactio.Item inflatio. μύδησις τῶν βλεφάρων. Alibi,χρόνιμοις περὶ μυδῶντα βλέφαρα. Eſt etiã palpebrarum affectio tumentium & manantiũ aſsiduè.

Μύδιον,ου,τὸ,quercus,ſpecies roboris,Theophraſt.lib. 3.hiſtor.plant.

Μύδος,mutus.

Μυδρίασις,ιος,ἡ,vitium oculorum, vbi pupilla iuſto latior efficitur,colore nihil prſum mutato.quo fit,vt viſa minora appareant quàm ſint:cuius cauſa eſt περιττωματικὴ ὑγρότης,id eſt, redundans humectatio, Cælius libro (7,cap.5.

Μυδροκτύπος,faber ærarius.

Μύδρος,ου,ὁ,ferrum ignitum, gleba ſeu globus candẽs, lapis,maſſa candefacta.aurum ſic dicitur apud Lycoph. μύδρος etiam dicitur Sol à philoſophis, vt ſcribit Lucia. vnde ἀμυδρὸς,Etym. Anaxagoras dixerat ſolẽ eſſe ignitum,ſeu candentem mydron. Interp.reddit laminã non rectè apud Laert.lib.2.

Μυδρὼν,genus putridi vlceris.

Μυελόεις,όεντος,ὁ,medulla plenus.

Μυελὸς,οῦ,ὁ,medulla. Ponitur pro cerebro,quod Sophocl.λευκὸν μυελὸν appellauit. Item pro alimento,cibo, Odyſſ.β.ἄλφιτα μυελὸν ἀνδρῶν.

Μυελόω,μ.ώσω,π.ωκα,medulla impleo,Neutr.Accuſ.

Μυελώδης ὑγρότης,humor in ſpeciem medullæ.

Μυέομαι,doceor in ſacris,diſco, Ariſtop.in Pluto,τῶν ἐκεῖ μυηθεὶς ἐν αὐτῷ τοῖς μεγάλοις; vtrum in eo magnis myſteriis initiatus es? ὄργια μεμύηται,ſacris initiatus eſt, Herodot. Nazanz.τὴν ἐκεῖσε μυηθῆτε φωταγωγίαν,luminarium ſolennitate, quæ illic agitur, initiemini. οἱ μεμυημένοι,initiati, Ariſtophan.μυηθεὶς,initiatus.

Μυέω,μ.ήσω,π.ηκα,doceo, honeſta bonáq; doctrina inſtituo.vnde muſa,Euſeb.lib.2,c.2.de præparat.Euang. Actiu.Accuſat.

Μυζέω,vel μύζω,muſſo,ſugo, labiis occluſis narib⁹ vocem reddo.Ariſtophan. Theſ.τί μύζεις; quid muſsitas? vnde ἐκμυζῶ,exugo. μύζει καὶ τρίζει ἀφιεῖσα, mutit ac ſtridet, Ariſtot.4.Animal, μύζων καὶ σπῶν, mutiens & anhelans,Idem 8.Animal.de Delphino.

Μύζων,ὁ, mugo, piſcis de genere mugilum, idem Ariſtot. 5.Anim

Μύησις,ιος,ἡ,purgatio,initiatio,μυσταγωγία,myſterium, Etymolog.

*Μυθάριον,fabella.

Μύθευμα,fabula,figmentum.

Μυθεύομαι,μ.εύσομαι,π.ευμαι, fabulor, inquio. Depon. Abſolut.ἀμοιβαδὶς ἀλλήλοισι μυθεῦντο, inter ſe loquebantur, Apollon.Rhod.ἐμυθεύθη ἐπ᾽ ἐμοὶ, ob me fabulatum eſt, Lucian.

Μυθεύω, fingo. Alexand.Aphrod.lib.1.Problem.δαίμονα τὴν ἠχὼ μυθεύουσιν εἶναι,deam Echo eſſe fabulantur. Lucian.παλαιὸς ἀνθρώποις μεμύθευται λόγος,fabula ficta eſt.

Μυθέω,μ.ήσω,π.ηκα,loquor. Actiu. Accuſat. Odyſſ.ξ, ἀληθέα μυθήσασθαι. Sophocl.τὰ δ᾽ ἄλλ᾽ ἐν ᾅδου τοῖς κάτω μυ- (θήσομαι.

Μυθήσατο,dixit.

Μυθητὴρ,ſeditioſus,στασιαστής.

Μυθητὴς,οῦ,ὁ,orator,ſuſurro,στασιαστής, Euſtath. Odyſſ.

Μυθίζομαι,dico,Nonnus.

Μυθίας,ὁ,ſeditioſus,turbator,Etym.

Μυθικὸς,οῦ,ὁ,fabuloſus.λόγοι μυθικοὶ,Quintilian.περὶ τῶν μυθικῶν,Hermog.

Μυθιστορία,fabuloſa hiſtoria.‖ Spartian. citat teſtimonium ex mythiſtoriis. Sueton.taxat Tiberium,vt hiſtoriæ fabularis nimis cupidum.

Μυθόγραφος,fabularum ſcriptor.

Μυθολογεύω,μ.εύσω,loquor, in Epigram. Phocylid.μέζεα δὲ φαγέειν καὶ πιεῖν καὶ μυθολογεύειν.

Μυθολογέω,μ.ήσω,π.ηκα, dico, narro,ſub fabulamentis diſſero,fabulor,fictè loquor, Accuſat. Iſocrat. τοὺς ἀγῶνας καὶ τοὺς πολέμους τῶν ἡμιθέων ἐμυθολόγησε, fabulis expreſſit heroum certamina.Plato Epiſt.7,ἃ καὶ ἄλλοις μυθολογοῦντες,&c.quæ aliis enarrantes,&c.

Μυθολόγημα,ατος,τὸ,&

Μυθολογία,ας,ἡ,ratiocinatio fabularum,confabulatio, colloquium.vide Plat.2.de Republ.

Μυθολογικὸς,οῦ,ὁ, qui valet comminiſcendis fabulis, Plato.

Μυθολόγος, fabulæ ſectator,fabulator. ᾠδὰς μυθολόγους, cantus fabuloſos,Plato de Legib.

Μυθολογοῦμαι,ſum in fabula.

Μυθοπλάστης,ου,ὁ,fabularum fictor & author.

Μυθοποιία,fabulæ fictio.

Μυθοποιὸς,οῦ,ὁ,fabulator, Lucian. & Plato 2.de Rep.

Μῦθος,ου,ὁ,fabula, verbum,diſputatio,ἀπολόγος,λόγος,apologatio Fabio. Nam qui ſoluta oratione ſcripſerũt, potius λόγους,quàm μύθους appellauerunt. vnde & AEſopum ipſum λογοποιὸν. & Plato in Phedone nunc μῦθον, nunc λόγον vſurpauit. Nec mirum,ſi μῦθος ſignificationẽ λόγου aliquando obtineat, quum veteres μυθεῖσθαι dicerẽt pro λέγειν,hoc eſt,narrare.Item μῦθος, ſeditio, στάσις apud Homerum. Odyſſ.φ. vnde Anacreon μυθιητὰς, factioſos homines appellat,teſte Euſtath. Ibidem. Ammonius μῦθον diſtinguit ab hiſtoria. μῦθον etiam pro ſermone vero Plato accipit νόμ.ς. μῦθον μυθοῦμαι,id eſt, λέγω, Homer. τὸ τοῦ μύθου,vt eſt in Prouerb.Nazanz.μύθοις αἰθαλίδου,id eſt,quæ dicuntur de AEthalide,Apollon.Rhod.

Μυθοτόκος κραδίη,cor verborum facundum,Nonn.

Μυθώδης,εος,ὁ καὶ ἡ,fabuloſus,Iſocrat. τῶν λόγων ζητεῖν τοὺς μυθωδεστάτους, ſermones quærere fabuloſiſsimos. τὸ μυθῶδες,fabuloſitas.

Μυῖα,ας,ἡ, muſca, vt Gaza vertit ex Ariſtot. vide AElianum de muſcis.

Μυῖα χαλκῆ, luſus genus, quo pueri obductis oculis, protentiſque manibus, tantiſper obambulant,dum aliquem prehendant. dicitur & μυῖνδα.

Μυίαγρος,&

Μυιοθήρας,ὁ,muſcas capiens.

Μυῖνδα,luſus genus: de quo in μυῖα χαλκῆ.

Μυιοκέφαλον,τὸ, vitium in oculi tunica,quæ ῥαγοειδὴς dicitur,idque minutum,ac muſcæ capiti perſimile.

Μυιοσόβη,ἡ, muſcarium è ſetis ad arcendas muſcas comparatum.

Μυιοσόβος,ου,ὁ,muſcarius ad muſcas pellendas,in Epig. vide in Chiliad.Eraſ.μυιοσόβου ἀτιμώτερον,Ibidem.

Μυίπους,ἡ,pes gallinaceus.

Μυὼν,muſculus, lacertus, craſſum & carnoſum crurũ & lacertorum, à neruis conſtricta pars, pulpa cruris, ſura,Etym.vide infrà μύων. torus propriè Latinis dicitur.

Μύωψ,ὁ,Gaza in Ariſtot.vertit tabanum.meminit & Nicander,vide μύωψ,per υ ſimplex.

Μυκάλη,nomen vrbis,Etym.

Μυκαλησσὸς,Mycaleſus,nomẽ vrbis ſic dictæ, quòd ibi mugierit bos precedens Cadmum ad ędificationẽ Thebarum,iuxta oraculum Apollinis,Etym.

Μυκάομαι,μ.ήσομαι,π.ημαι, mugio, reboo, rudo, rugio. aſinorum, & camelorum,& boum eſt,& tonitruum. Ariſtophan.νεφ. βροντῆς μυκωμένης, & reliqua. vnde ἐρίμυκος,bouis epitheton. vide φωνὴν apud Ammon.

Μύκης,ητος,ὁ, theca gladii, vagina enſis, præcluſio, μύκης, Hippocrati.

Μυκὴ, Apollon.Schol.lib.4,id eſt,ἦχος,& μύκησις,boatus,mugitus.

Μυκηθμὸς,ου,ὁ,&

Μύκημα,ατος,τὸ,mugitus,mugimentum,Gazæ.

Μυκῆναι,αἱ,Mycenæ,vrbs Peloponneſi,in qua regnauit Agamemnõ. Dicitur autem à μύκης,quòd ibi à Perſeo ſint conditæ Mercurii præcepto, vbi excidit enſis manubrium,Etym.

Μύκηρος

Μύκηρος, ου, amygdala Laconum lingua, apud Athen. ſcribitur & μύκηρος.

Μύκης, ου, ὁ, &

Μύκης, ητος, ὁ, fung⁹ qui è terra erumpit. de fungis vide Nicand. in Alexiph. Item lucernarum fungus, qui circa μύξαν concreſcit, teſte Euſtath. Bœot. pro ſcintilla, Etymologicon. Item pileus & clauus qui in olea excreſcit, apud Theophr. qui & ἧλος, & puluinus coriaceus. Item mentula, & manubrium gladii. ὁ μύκης τοῦ κουλεοῦ τοῦ ξίφεος ἀποπίπτει, vagina gladii excidit, Herodot.

Μύκησις, εως, ἡ, mugitus.

‖ Μύκητες, aliqui interpretati ſunt ſcintillas: quidã verò ſignificare volunt vermiculos volucres appetentes ignis: vnde apud Ariſtophan. in Veſpis, dicit Senex, Inceſſi lucernam, ὑπὸ τῶν μυκήτων, eſſeque hoc ſignum futuræ pluuiæ.

Μυκητίας, ου, ὁ, ſonorus, obſtreperus. vnde Ariſtotel. de mundo, μυκητίαι σεισμοί, dicti terræmotus, qui terrã cum mugitu quatiunt.

Μυκητὸς, ἡ, ὁ, mugibilis.

Μύχλος, ου, ceruix, & conduplicatio in ceruice & collo aſinorum. Ita dicitur etiam procus propter guloſitatem, & pronum eſſe ad libidinem. Eſt & proprium nomen tibicinis apud Lycophronem, Etymologicon. Dicitur ita etiam mulier ad libidinẽ præceps, à tibicine quodam ob effœminatam mollitiem inſigni.

Μύομαι, aperior

Μυκὸς, mutus. improbus, ſuperbus.

Μυκτὴρ, ῆρος, ὁ, naſus, nares, meatus odorãdi, promuſcis, Gaza apud Ariſtotelem libro ſexto Animalium. vide ῥὶς in Ammonio, ἐστὶ γὰρ ὁ μυκτὴρ διχότομος, bipartito diſtinctus tramite eſt naſus. Galenus libro primo ad Glauconem. εἴ τ' ἐξ ἀριστερῶν μυκτήρων, εἴτ' ἐκ δεξιῶν ῥυέσῃ τὸ αἷμα, χαλεπὸν ἐ-δι... μυκτῆρες ὀσφραντήριοι, Interpr. Ariſtophan. τοὺς μυκτῆρας ἐμπλασθέντες, Galen. ad Glauconem, nares obſtruere. κατὰ τοὺς μυκτῆρας φλεβῶν εἴη τις ἐρρωγυῖα, &c. in naribus rupta ſit vena. τοῖς μυκτῆρσιν ἀναπνέουσι, naribus ſpirare, Ariſtot. 1, Animalium.

Μυκτηρίζω, μ. ίσω, π. ικα, ſubſanno, naſo ſuſpendo, irrideo: quòd naſus olim ſubdolæ irriſioni dicatus eſſet. Actiu. Accuſat.

Μυκτηρισμὸς, οῦ, ὁ, ſubſannatio.

Μυκτηρόθεν, è naribus, in Epigram.

Μύκω, τὸ μυκάομαι. Item apertus & patulus ſum, Ety-

Μύκων, ωνος, aceruus palearum, & pars auris. Item muco piſcis, de quo Ariſtoteles ſexto Animal.

Μυλαβὶς, & μυλακρὶς, ίδος, ὁ, animal quod in mola naſcitur farina veſcens, magnitudine cicadæ.

Μύλακρα, claui molares, qui tanquam dentes molam vertendo ſubigunt. Item dentes gemini & intimi, id eſt, γόμφιοι.

Μυλάντειοι θεοὶ, dii molarum præſides. qui & ἐπιμύλιοι.

Μύλαξ, κος, ὁ, molaris, i. lapis magnus, Iliad. μ.

Μυλὰς, ſcortũ. Inferius per duplex λ ſcribitur. Eſt & hoc nomine Telchinum vnus, qui molarium deorum fanum conſtruxit primus.

Μυλεία, idem quod μύλαξ.

Μύλειν, τὸ μύζειν.

Μύλη, ης, ἡ, mola (vt Gaza vertit in Ariſtot.) ſed inferior: nam ſuperior ὄνος dicitur: dens molaris. Item ἐπιγονατὶς, patella quæ genu operit. Item tumor induratus aliquando in vuluæ oſtiolo, aliquando in vniuerſo prominens vtero.

Μυλήκορον, ſcopa, Etym.

Μυλήφατος, ὁ, ὁ, molitus, mola fractus ‖ ὑπὸ μύλου ἠρασισμένης μυλήφατον ἄλφιτον.

Μυλία, τὸ μύλαξ.

Μυλίας λίθος, molaris lapis.

Μυλιάω, dentes concutio præ frigore, frendeo, ſtrido dentibus. Heſiod. λυγρὸν μυλιόωντες ἀνὰ δρύα, grauiter dentibus infrendentes, &c. i. τοὺς ὀδόντας συμκρούοντες.

Μυλίτης, ου, ὁ, molaris. μυλίτης λίθος, molaris lapis. quis eius vſus & vnde dictus, Galen. ad Glauc.

*Μυλῖται, molares dẽtes appellant, quibus extenuatur cibus & quaſi molitur: qui & μύλαι vocantur. Latiores videlicet dentes, quos Plin. duplices vocat.

Μυλιτικὸς, molaris.

Μυλωθρὶς, ίδος, ἡ, fœmina quæ molit.

Μυλλὰς, άδος, ἡ, meretrix. ſuperius per ſimplex λ ſcribitur.

Μύλλον, τὸ, incuruum, obliquum, intortum, καμπύλον, σκολιὸν, κυλλόν.

Μύλλος, placentæ genus apud Syracuſios ex ſeſamo & melle ſubactæ. Eſt etiam nomen piſcis, quem Oppianus plaſtacum & platacum appellat, ſi ſit maiuſculus, cùm puſillus, gnothidia: à Græcis vulgò mylocopion vocatur, mollus. Eſt etiam proprium viri, Cyrillo.

Μυλλὸς, οῦ, ὁ, oxytonon, ſtrabo. Item de eo dicitur, qui quum audit, audire tamen diſsimulat. vide in Chiliad. Eraſ. Eſt & proprium nomen actoris vetuſti, qui prim⁹ miniatis perſonis vſus fuiſſe putatur.

Μύλλω, πλησιάζω, appropinquo, applico, molo, ἀλήθω, ἐλαύνω: coeo apud Theocritum. quo modo & permolere Latinis ſumitur, & ſubigere.

Μυλοειδὴς, έος, ὁ & ἡ, rotundus, στρογγύλος, ὁ παχύς.

Μυλωθρὶς, ίδος, ἡ, molitrix, in piſtrino agens mulier.

Μυλωθρὸς, ὁ, molitor, qui piſtrino præeſt.

Μύλοι, οἱ, dentes molares, quos & γομφίους vocamus, cibum comminuentes.

Μυλόκλαστος, ὁ ὑπὸ μύλης κατεαγμένος, Homer. i. molitus.

Μυλοκόρος, ου, ὁ, qui molam purgat & cuſtodit.

Μύλον, ου, τὸ, molendinum, piſtrinum.

Μύλος, ου, ὁ, μύλη, mola, paroxyt. Item pugnus, ἴδμων apud Lycophr. μῦλος verò, dens molaris, γόμφιος, Artemid.

Μυλόσαρξ, mola matricis, informis caro, quã vtero geſtant, quæ ſe grauidas ſuſpicantur.

Μυλωθρικὸν, ου, τὸ, &

Μύλων, ωνος, ὁ, piſtrinum, Cælius libro 3. capite 4. Gabrias, τοῦτον μύλων ἔμνησε τῆς ἀταξίας, hunc piſtrinum admonuit & memorem fecit inſolentiæ.

Μυλωθρὸς, piſtrinum poſsidens, molitor.

Μυλωθρῶν ᾠδὴ, cãtio ſeruorum qui molam truſatilem agebant, aut molitorum, quæ & ἐπιμύλιος, Euſtath.

Μῦμαρ, dedecus, vituperium, metus.

Μυμβρίζω, irrideo, γελοιάζω, ridiculè loquor aut facio.

Μύμα, & τὰ Μύματα, obſonii genus pretioſi, ex cruore & carne, coniectis inſuper aliis condimentis pluribus. vide Athenæum.

Μυμέω, μ. ήσω, π. ηκα, reprehendo. Actiuum, Accuſatiuo iungitur.

Μυμὸν, reprehenſibilis.

Μυνάμενος, ὁ, cauſam prętexẽs, operiẽs, expectabũdus.

Μυνδὸς, οῦ, ὁ, mutus, numine afflatus. Eſt & ciuitas Aſię & piſcis quidam.

Μυνὴ, vel Μύνη, prætextus, excuſatio, πρόφασις, mora, AEolica mutatione τοῦ ο in υ. ‖ apud Homer. Odyſſ. φ. ἀλλ' ἄγε μὴ μύνῃσι παρέλκετε, ne per varios prætextus protrahatis longius certamen.

Μύξα, ης, ἡ, humor ex naribus fluẽs, mucor, pituita, mucus. Heſiodus, τῆς ἐκ μὲν ῥινῶν μύξαι ῥέον, cuius è narib⁹ mucus fluebat. Scribit Pollux Athen. idẽ eſſe κόρυζαν apud Hippocrat. quod μύξα. Item μύξαι nares, apud Sophocl. vnde lucerna δίμυξος, & πολύμυξος ab ellychniorũ numero dicta eſt. Eſt & muc⁹ ſiue ſanies, cuiuſmodi in oſtreis & ex teſtudinibus viſitur: ſic μύξαν κοχλίου dixit Galenus & Oppianus, μύξαν γλαγόεσσαν, lacteum mucum. vide Euſtath. Iliad. δ.

Μυξαίθρια, dicitur Hippocrat. hyems in qua quandoque pluuiæ, quandoque ſerenitas apparet.

Μύξεις, lugebis.

Μυξία, murium latebra.

Μυξῖνος, ου, ὁ, genus minuti mugilis, ſiue capitonis piſcis, Euſtath. Iliad. ν. & Athen.

Μυξώδης, εος, ὁ καὶ ἡ, mucori ſimilis, pituitaceus, Gazæ. mucoſus: cui opponitur emunctus.

Μυξωτὴρ, ῆρος, ὁ, μυκτήρ. διὰ τῶν μυξωτήρων, per nares, Herodotus κατὰ μυξωτήρων διαχεόμενον, naribus ſublitũ, Hermolaus apud Dioſcoridem libro primo. Dicitur & μυξωτὴρ, Galeno.

Μυογαλῆ, mus araneus.

Μυοειδὴς, σὰρξ τῆς γλώσσης, caro linguæ mollis ac muſculoſa, & inſtar ſpongiæ, Ariſtot. in Problem.

Μυοδόχος, ου, murium receptaculum, apud Nicand.

Μυοδρίτης, lapidis genus pretioſi, εἶδος λίθου ἀτελοῦς, Phauor.

Μυοθὴρ ὄφις, ſerpens qui mures venatur.

Μυόθηραι, venatores murium, Ariſtoteles 9. hiſtoriæ Animalium.

Μυοχόδων, ου, ὁ, muſcerda, muris ſtercus.

Μυοκτόνον, ου, τὸ, aconitum, quòd guſtãtes eam herbam mures enecet, apud Nicand.

Μύοξος, ου, ὁ, bufo. de mioxis vide AElianum, & Oppianum.

Μυοπάζω, manu viam tento.

Μυοπάρων, ωνος, ὁ, myoparo, nauigii genus. vide μυωπάρων, per ω in antepenultima, quod magis placet.

Μυόρτυχος, ου, muris auricula, herba, ab aliis μυὸς ὦτα, vel μυοτὸς ἄλλως appellata.

Μῦος, εος, τὸ, ſcelus.

Μυοσόβη, muſcas abigens: flabellum quo muſcæ abigũtur, epitheton longæ barbæ atq; aptę ad muſcas abigendas, Ammon. Epigrammat. libro ſecundo.

Μυουρίζειν, inferius anguſtum eſſe, vt eſt muris cauda. Dionyſ. de Situ orbis, id eſt, λεπτότατον εἶναι κατὰ τὸ ἄκρον. μυούρους γὰρ ἔλεγον τοὺς τῷ λεπτότητι μυὸς οὐρὰν ἐμφερείζοντας, ἤγουν τοὺς εἰς τὸ ἄκρον στενοὺς ὄντας τόπους.

Μύουρον, & μυουρίζοντες, dicuntur Galen. in definit. pulſus quidam, apud medicos tranſlato nomine de figurarũ ratione, quæ in acutum deſinunt.

Μύουρον στόμα, os ſubinde in acutius cõpreſſum & coarctatum, os in arctum ſe colligens, Ariſtot. 3. de partibus.

Μύουρος, ου, ὁ, mutilus, curtus: dicitur etiam verſus poſtremo pede claudicans, Cælius libro 2, capite 37. vide μείουρος.

Μυόφονον, ου, τὸ, herba muralis, ſiue muricida, Theophr. libro ſexto hiſtor. plant. vbi ſcribitur tamen μυόφωνον, vt apud Heſych.

Μυόχοδον, τὸ, muſcerda.

Μυόχοδος, inutilis, nullius rei æſtimatione dignus. μυόχοδος apud Theoph. lib. 5. hiſtor. plant. videtur capi pro genere vermis: vbi tamen Gaza nihil reponit.

Μύρα, myrrha, μύῤῥα, Ionicè.

Μύραινα, ης, ἡ, murena piſcis, & torques mulierum, quæ etiam Latinis murenulæ dicuntur. Murenę etiam piſcis meminit Nicand. & AElian. μύραινα ταρτησία, murena Tarteſia, quæ vt ait Gellius lib. 7, capite 16. de cibis eſt lautiſsima.

Μυρεψεία, ας, ἡ, pigmentorum vſus.

Μυρεψικὴ τέχνη, ars vnguentaria.

Μυρεψικὸς, & Μυρεψὸς, οῦ, ὁ, vnguentarius, vnguenta & odoramenta cõficiens, pigmentarius: vnde μυρεψικὸς κάλαμος, fleo, apud Hippocr.

Μυρέω, fluo, ſtillo, lugeo.

Μύρια, τὰ, & in Maſculino μύριοι, decem millia: paroxy. autem infinita, vel infinitas ſignificat, Ammõ. & Cyril. τάλαντα μύρια, decem millia talentorum, Herodot. πεντακισχίλια καὶ μύρια, quindecim millia. μύριοι λακεδαιμονίων, decem millia Lacedæmoniorum. ἑξακισχίλιοι καὶ μύριοι ἵπποι, ſexdecim millia equarũ. μυρίων ἐτῶν, intra decem millia. ἐν μυρίοισι ἔτεσι, in decem annorum millib⁹. ὑπὲρ μυρίους ψιλοὺς, leuis armaturæ milites ſupra decem millia, Thucydid. Item μύρια, muſculi, ſeu exigui mures, apud Plutarchum in Sympoſiacis.

Μυριάγωγος ναῦς, dicebatur nauis decies milleagens, & μυριοφόρος, quaſi decies mille portans. μυριάγωγος ὁλκὰς, Chryſoſtom.

Μυριάκις, decies millies. Ariſtophan. νεφ. ἀκήκοας μυριάκις ἀλλ' ἐγὼ βούλομαι.

Μυρίανδρος, ου, ὁ καὶ ἡ, continens decem millia hominum. πόλις μυρίανδρος, vrbs decem milliũ virorum, Ariſtotel. in Politic. Plato Epiſtola 7. μυριάνδρῳ πόλει πεντήκοντα ἱκανοὶ τοιοῦτοι, tales quinquaginta ciuitati ſufficiunt, quæ à decem virorum millibus habitatur.

Μυριάρχης, ου, ὁ, & Μυρίαρχος, qui præeſt decem millibus.

Μυριὰς, άδος, ἡ, numerus continens decem millia, numeroſa multitudo, innumera multitudo. πέντε μυριάδες, quinquaginta millia. δύο μυριάδες, centum millia. μυριάδες διηκόσιαι, vicies centena millia, Herodot. μυριάδες τριηκόσιαι, ter decies centum millia, Valla ex Herodot. μυριάδες τετρακόσιαι, quadragies cent ena millia. μυριάδες ὀκτὼ, octoginta millia. μυριάδες δυώδεκα, cẽtum viginti millia. μυριάδες ἑκκαίδεκα, cẽtum ac ſexaginta millia. μυριάδες εἴκοσι, ducenta millia. μυριάδες πέντε καὶ εἴκοσι, ducenta quadraginta millia. μυριάδες ἑβδομήκοντα, ſeptuaginta millia. μυριάδες ἑκατὸν, decies centena millia. μυριάδες ἑβδομήκοντα ἑκατὸν, decies ſepties centena millia, Herodot.

Μυριοφόρος, ου, ὁ καὶ ἡ, decem millia hominum ferens. μυριοφόρος ναῦς, vide Bayf.

Μυριέλικτος, infinitis modis conuolutus, verſutus, multis voluminibus intortus: ſerpentis epitheton.

Μυριέτης βίος, vt χιλιέτης, Ariſtoteles libro ſecundo de generatione Animalium, decies millies annis vita ſeruata, ſeu decies mille annis, vita annoſa.

Μυρίζω, μ. ίσω, π. ικα, vnguento imbuo, odoramentis vngo. Ariſtophan. in Pluto. μύροισι μυρίσαι στακτοῖς, vnguentis vngere ſtillaticiis. μεμυρισμένος, vnguentis delibutus, vnctus, Herodot.

Μυρικαῖς, mutus.

Μυρίκη, ης, ἡ, myrica, tamarix, Gazæ, libro tertio hiſtoriæ plantarum Cæl. lib. 4, cap. 29.

Μυρίκινος, ου, ὁ, myricinus.

Μυρικῶδες φύλλον, folium tamaricis, Gaza.

Μυρίνη, ης, ἡ, myrtus.

Μυρίνα, vrbs Lemni, Etymologicon. & vrbecula Troadis, dicta à Myrinna Amazone ibi defuncta, in cuius honorem condita fuit vrbs, Euſtath. Iliad. β.

Μύρινος, myrinus piſcis: vertit Gaza ex Ariſtot. libro octauo Animalium.

Μυριόδους ἐλέφας, in Epigram. id eſt, multos ſeu egregios habens dentes.

*Μυριόλεκτον, millies dictũ, nimis inculcatum: vtitur ſępius Areopag. in Epiſt. & apud Xenoph. ἱππικ. ε, dicitur aliquid eſſe τῶν μυριολέκτων, i. millies dictorum.

Μυριόναυς, infinitis nauibus conſtans. μυριόναυν ἄρη, in Epigrammate, id eſt, Martem ſeu bellum infinitarum nauium.

Μυριοπλάσιος, ου, ὁ, infinitè multiplicatus. μυριοπλάσια κακὰ, mala millies plura, Ariſtot. 7. Ethicorum. μυριοπλάσια ἡμῶν, infinito plura quàm nos, Xenoph.

Μυριοπλοκὴς κοσμὸς, varius & multiplex cultus, Euripides.

Μυριόπους, οδος, mille habens pedes.

Μυρίος, ου, ὁ καὶ ἡ, multiplex, πολὺ, infinitus. Plato Epiſtola ſeptima, μυρίος ὁ λόγος περὶ ἑκάστου τῶν πειρῶν ὡς ἀσαφὲς, id eſt, multis modis probari poteſt, &c. Odyſſ. ο, ὀνείατα μυρί' ἔχοντες, innumeras epulas habentes. & μάλα μυρίος, ἤπου ὅτες μάλα μυρίοι. Differunt autem μύριοι & μυρίοι. nam μύριοι, de finito numero, id eſt, decies mille: μυρίοι, de infinito, i. πολλοὶ, ſeu πάμπολλοι. Et vt apud Græcos μυρία, ita apud Latinos ſexcenta dicere vſitatũ eſt, inquit Donat.

Plato

Plato in Apologia, ἐν πενίᾳ μυρίᾳ εἰμὶ, verſor in extrema paupertate. Idem Epiſt. 7, σικελίαν πένθεσι κατέβαλον μυρίοις, incredibili luctui Siciliam ſubiiciens. μυρίον διαφέρει, mirum in modum præſtat, Plato de Legib. μυρίῳ διαφέρειν, longiſſimo interuallo præcedere, Idem νόμ. ε. μυρίῳ κάλλιον, multo pulchrius, Idem Plato in Timæo. πολλάκις μυρίοι, infiniti, quamplurimi, Idem νόμ. ζ. μυρίαι σοφίαι, Ariſtoph. μυρίας σπουδῆς, Lucianus. μυρία ἄλλα, ἀνεῖπεν αὐτὶ τῶ πολλά. μυρία ὅσα, permulta, Lucian. μυρία χρήματα, res innumeræ, Gaza de Seneċt.

Μυριοστὴ, ῆς, ἡ, numerus continens decem milia.

Μυριοστημόριον, ου, decies millena pars, Ariſt.

Μυριοστὸς, ῦ, ὁ, milleſimus, ex decem millibus vnus, decies milleſimus, Xenoph. μυριοστὸν ἔτος, anni cēties centum, Argyropil. ex lib. Ariſtot. περὶ οὐρανίας. vel ad annos denos millenos, anno decies milleſimo ab hoc tempore.

Μυριότευχοι, οἱ, multi armati, Eurip.

Μυριότης, ητος, infinitas, infinita multitudo. Phocylid. σμίνθισσι μυριότητα χατ' αἴθρα καρμονομοῦσα, i. ex cera domos infinitas ſtruens.

Μυριοφόρος ναῦς, id eſt μεγάλη, δυναμένη δέχεσθαι μυρίων φορτίων, nauis decem millium ſarcinarum, oneraria nauis & prægrandis, Philo.

Μυριόφορτος, infiniti ponderis, infinita ferens pondera. μυριόφορτος ναῦς, oneraria nauis, in Epigram.

Μυριόφυλλον, ου, τὸ, herba millefolium, ſeu Veneris ſupercilium.

Μυριόφωνος δῆμος, in Epigram.

Μυριπνοίς, οῦντος, ὁ ἡ ἡ, vnguento ſpirans.

*Μυρισμὸς, vnguētorum inſperſio. Athen. εἰς τὸν μυρισμὸν ἡ τοὺς στεφάνους ἱκανὸν τὸ καλούμενον ἀργύρειον.

Μυριστικὸς, ῆ, ὁ, odorus.

Μυριώνυμος, infinitis nominibus appellat*. epith. Iſidis vel Lunę, Plutarc. quaſi innumeris inſignita nominib*.

Μύρκος, mutus.

Μυρμηδὼν, agmen formicarum.

*Μυρμηκάνθρωπος, comœdiæ nomen apud Athen.

Μυρμηκία, ας, ἡ, pro cauernula formicaria, Plutarc. verruca ſiue tumor in vultu, qui Feſto coſſus dicitur: cutis excreſcentia calloſa, quæ latiore baſi fit, ac quodammodo ſeſſilis eſt, intérque ſcalpendum & fricationem, mordentis formicæ ſenſum efficit: verrucas formicātes, Plin. verendorum formicationibus verrucíſque medetur. Item ſchola & συμφοίτησις, hoc eſt conuenticulum.

Μυρμηκιάω, verrucis laboro.

Μυρμήκιον, τὸ, myrmecium, genus phalangii in Theriacis Nicandri.

Μυρμηκίτης, ου, ὁ, lapis qui reptantis formicæ præfert imaginem.

Μυρμηκολέων, leo formicarius, paruum animal, Iob. ca. 4. inſidiatur formicis.

Μυρμηκώδης, εος, ὁ ἡ ἡ, formicinus.

Μύρμηξ, ηκος, ἡ, formica. μύρμηκες γυιοτόροι, i. πυκτικοὶ ἱμάντες, lora ceſtuum, i. ceſtus ipſos manibus alligatos & diſpoſitos.

Μύρμοι, οἱ, μύρμηκες.

Μυρμύρω, turbo, ſtrepitum edo. dicitur de fluminibus vehementer currentibus. malim μορμύρω, vt ſupra.

Μυροβάλανος, ου, glans vnguentaria, quæ & βάλανος μυρεψική. μυροβάλανοι, AEgyptiæ palmulę, facto nomine ex vnguento & glande. Plinius myrobalanum glandem appellauit.

Μυροθήκη, ης, ἡ, ἀλάβαστρος, pigmentorum officina.

Μυροθήκιον, τὸ, pigmentarium.

Μύρομαι, lugeo, θρηνῶ, ὀδύρομαι, fleo, lachrymor, gemo, fluo. Depon. abſolutum. Apollon. 2. Argo. ἰσχὺ ἄχρι μύρεται, i. ἐκρεῖ, effluit.

Μυρμος, ου, ὁ, timor.

Μύρον, ου, τὸ, pigmentum, vnguentum. Plato 2. de Repub. ἄλλα δὲ ἡ μύρα ἡ θυμιάματα. Legitur & in Maſculino pro eodem. ἔνια τῶν μύρων, nonnulla pigmenta, Ariſtot. in Problem. μύρα τὰ διὰ ναρδοστάχυος καὶ λαζόμενα, &c. Gal. ad Glaucon. loquens de his quæ malis applicantur. Capitur etiam μύρον apud Ariſtoph. αὐτὶ τῶ μυροπωλεῖον. μύρον pro fletu Heſiod. poſuit in clypeo Herculis, παρειῶν ἄπο δάκρυα θαλερὰ καταρρεῖ... μύρον, i. lachrymis luctum. alii vnguentum exponunt.

Μυρόπνους, vnguentum ſpirans, in Epigram.

Μυροπώλης, vnguentarius, circa vnguenta occupatus.

Μυροπώλιδες, αἱ, vnguentariæ, Ariſtoph.

Μυροπώλης, & μυροπώλος, ου, ὁ, vnguētorum vēditor, pigmentarius, Gaza interprete, ſeplaſiarius.

Μύρος, muræna piſcis mas, murus, Gazæ. Idem σμύρος dicitur.

Μυρόω, ῶ, vngo, Ariſtoph.

Μύῤῥα, ας, ἡ, myrrha.

Μυῤῥίνη, vel μυρσίνη, ης, ἡ, myrtus. Ariſtoph. νεφ. μυῤῥίνην λαβόντα τῶν αἰσχύλου λέξαι τί μοι. Plato 2. de Rep. κατακλινέντες ἐπὶ στιβάδων ἐστρωμένων μίλακί τε ἡ μυῤῥίναις, diſcumbentes in toris ex ſmilace & myrto cōfectis. μυῤῥίναις ἐστεφανοῦντο οἱ ἄρχοντες. vnde μυῤῥινῶν, ἀρχῆς ἀπολαύω, Ariſtoph. & Interpr. Item potus quidam artificialis.

Μυῤῥίνος, ου, ὁ, myrtus, Theophr. lib. 1. hiſt. plant.

Μυῤῥινὼν, ῶνος, ὁ, myrtetum, Ariſtoph.

Μυῤῥὶς, myrrha vel myrrhis, herba quam quidam conilen vocant.

Μυρσινέλαιον, myrſinelæum, i. myrteum oleum, hoc eſt, μυρσίνινον ἔλαιον, Dioſcorid. lib. 1.

Μυρσίνη, idem quod μυῤῥίνη, myrtus. in Genitiuo plurali legitur apud Galen. ad Glauc.

*Μυρσινοειδὴς, ſimilis folio myrti. Galen. lib. 13. ἀεὶ δὲ καλλίοσι μυρσινοειδὲς ἐκτέμνειν τῶ σώματος.

Μύρσος, genus vaſis ex viminibus contextum, cophinus auritus.

Μύρτα, bacca myrti.

Μύρτανον, propugnaculum fuit in Thracia ita appellatum.

Μυρτία, &

Μυρτίδανον, ſiue μυρτὶς, concretum quiddam eſt, & adhærens in myrto, ἡ πέπερι apud Hippocr.

Μυρτίνη, ης, oleæ genus, & apud Nicandrum arboris pyri genus.

Μυρτίτης τιθύμαλλος, myrtaria lactaria, genus herbæ, de qua Theoph. lib. 9. hiſt. plant. ὁ μυρτίτης θάμνος ἐπιγειόκαυλος, myrtaria, frutex terrenus, Idem lib. 4. de cauſ. plant.

Μύρτον, ου, τὸ, pars pudendi membri muliebris, hoc eſt, caro ſubſultans, quæ interiacet rimę, teſte Polluce. Item τὸ μύρτον, fructus myrti, Ariſtot. in Problem.

Μύρτος, ου, ἡ, myrtus arbor. vide in Chiliad. Eraſ. myrteam coronam ambit.

Μυρτοχειλὶς, ίδος, ἡ, μύρτον.

Μύρω, ſtillo, fluo.

Μυρῳδεῖν, lugubre canere.

*Μυρῳδία, vnguentorum redolentia.

Μύρωμα, ατος, τὸ, vnguentum, Ariſtoph.

Μύρων, ωνος, paroxyt. proprium viri: ſed μυρῶν, ῶντος, redolens: circunflectitur, Cyrill.

Μῦς, υὸς, ὁ, mus, & muſculus in corpore. vide Alexand. Aphrod. Probl. 52, lib. 2. Eſt autem mus terreſtris & aquatilis, vt Gaza reddit in Ariſtot. ſed pro aquatili ἐμὺς & ἁμὺς ſcribitur. Alibi idem Gaza in Ariſtot. mytilum interpretatur è teſta intectis. vide AElian. de terreſtrib* & alibi de marinis. Quos Ariſtot. vocat μῦας ἀρουραίους, Gaza vertit ſorices. μῦς ὁ ποντικὸς, mus ponticus, Ariſtot. 8. Anim. μῦς corripitur in obliquis in priori. μυῶν tamē in bello ranarū legitur priori lōga: vbi etiam priori breui (reperitur.

Μυσαι, conniuere, inquinare.

Μυσάλμας, ου, famelicus & vorax.

Μυσαρὸν, abominabile, impurum.

Μύσαν, occluſi ſunt.

*Μυσαρία, deteſtabilitas, fœditas, Aretha.

Μυσαρὸς, ᾶ, ὁ, abominabilis, ſceleſtus, ſceleratus, impurus, ſordidus.

Μυσάττομαι, μ. άξομαι, π. αγμαι, abominor, deteſtor, aſpernor, faſtidio, afficio, exhorreo, ἀποστυγάζομαι, βδελύττομαι.

Μυσαχθὴς, abominabilis, deteſtandus, Etym.

Μυσάχνη, ης, ἡ, ſcortum impurum, à vilitatate marinæ algæ, Euſtath.

Μυσαχρὸς, ᾶ, ὁ, impurus, ſpurcus, odioſus.

Μυσία, vrbis & regionis nomen, Etym.

Μυσιᾶν, reſpirare.

Μυσιχρῶς, durè & ſiccè. vide in Chilia. Eraſmi. apud Cratinum pro ſiccè & quaſi hiabundè aliquid facere, hoc eſt, oſcitanter.

Μύσις, εως, ἡ, præcluſio, ſuffocatio, propriè genitalium muliebrium, occluſio, contractio, compreſsio.

Μυσκέλενδρον, τὸ, μυόχοδον. Legitur & μυσκέλευθρον pro eodem.

Μυσκιλὸς, pedibus obtortis.

Μύσκος, paruus mus, muſculus.

Μύσος, εος, τὸ, ſcelus, abominatio. Item ſceleratus. Ianus Laſcar. μύσους δ' ἀπόσχοις μηδὲν, ſcelerato nihil parcas. ‖ pro ſacrificio dæmonico, Theodoret. in 3. Eccleſiaſt. hiſtor. ſæpius vtitur.

Μυσὸς τήλεφος, Telephus Myſus, Ariſtophanes. nam rex fuit Myſiæ.

Μύσπαλα, muſcipula.

Μυσπολεῖν, clàm indagare, in cauernam ſubire, inſtar curſus muris leuē eſſe, καταδύεσθαι, ὡς μῦς φεύγων, Ariſtoph.

Μύσσαν, concluſi ſunt. μύσαν.

Μύσσω, comminuo, in fruſtra ſeco.

Μυσταγωγέω, μ. ήσω, π. ηκα, duco ad ſacra, initio, myſteria doceo, myſteria produco, ſacra doceo. Actiu. Accuſ. τοιοῦτον μυσταγωγοῦσιν ἄλλους, Nazanz.

Μυσταγωγητὸς, inſtructus orationibus.

Πιμελὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, pinguis, qui adipem præ ſe fert, adipem trahens, adipoſus, Gaza.

Πιμελώδης, obeſus, præ ſe ferens adipem.

Πιμπλάω, impleo. Actiuum. Et πίμπλαμαι Paſſiu. i. impleor, plenus ſum. Genit. Homer. Iliad. α, μένεος φρένες ἀμφιμέλαιναι πίμπλαντο, i. ἐπληρῶντο. πιμπλᾶσι ἄρτων σῶμα, corpus ſtipant panibus, Ariſtoph.

Πίμπλεια, ας, ἡ, Pimplea, loc⁹ Macedoniæ Muſis ſacer.

Πίμπλη, pro πίμπλαθι.

Πίμπλημι, impleo. Heſiod. βιότου δέ τοι πίμπλησι καλιὴν, domum tuam bonis impleat: vbi connectitur cum φιλέῃ Coniunctiui modi præcedente particula ὄφρα, i. vt impleat. Vnde Participium πιμπλὰς, & Fœmininum πιμπλᾶσα. Heſiod. πιμπλᾶσαι κόνιος, implentes puluere. De hoc vide Varin. in dictione Πλάγχθη.

Πιμπράμαι, ardeo, ἐμπυρίζομαι. Item ſtomachor.

Πίμπρημι, μ. πιμπρήσω, vro, comburo, φλέγω. Actiu. Aliquando dolore afficio, πιέζω. πιμπρᾶντες, incendentes.

Πῖν, in Epigr. pro πίνε: ſic enim interrupto verbo ſolent, qui genio indulgent.

Πίννα, ας, ἡ, concha piſcis. Gaza lib. 3. Gramm. per duplex νν. Item Heſyc. vide inferius. Sophoc. Interpr. ſic, πίνα, ὁ ῥύπος, δι' ἑνὸς ν. πίννα, τὸ ὄστρεον, διὰ δύο νν.

Πινάδης, ſordidus. malim πινώδης.

Πινακίδα, ſaltationis genus, quod an ſuper lancibus, an lances geſtãdo perficeretur, incertum eſt, apud Poll.

Πινακίδιον, ου, τὸ, pugillaris, γραμματεῖον, tabellæ, tabella cerata, in qua olim ſcribebant, vt cap. 1. Euang. Lucæ. Pro indice Gell. lib. 20, cap. vlt.

Πινακηδὸν, tabulatim, tabularum modo, Ariſtoph.

Πινάκιον, tabella & ſcriptura. Item pactum iudiciale continens cautionem cõtra reum, Etym. Item ψήφισμα, edictum. Hermog. χάριν τε τὸ χρῦ μεγαρίων, ἀνῃρῆσθαι πινάκιον. Et πινάκια ἐν οἷς τὰ διηγήματα ἐχάραττο, καὶ αἱ ἀρχαὶ, ἃ καὶ ἰαμβεῖα οἱ λαχόντες δικάζειν ἔχουσιν ἀρχεῖν, Moſchop.

Πίναξ, ιδος, tabula, ſcutella: vltima breui, Gaza lib. 3. Grammat. vnde πινάκιον diminutiuum, tabella, ſcutella, lanx, quadrula. πινακίδες, tabellæ, pugillares, αἱ μεγάλαι σανίδες τῶν πλοίων.

Πινακίσκος, ου, ὁ, idem. Ariſtophanes in Pluto pro lance & ſcutella.

Πινακοθήκη, ἡ, tablinum. Sic vocabatur vbi tabulæ pictæ, cælatum argentum, ſtragula veſtis, ſigna & ornamẽta reponebantur. Alex. Gen. lib. 5, cap. 24.

Πινακοπώλης, ὁ, ὀρνιθοπώλης, inquit Suidas, i. venditor auium, quòd pinguia ipſa imponerent tabulæ ſeu ſcutellæ, qua venales expoſuerant.

Πίναξ, κος, ὁ, tabula, lanx, ſcutella, diſcus. Item index librorum, codicilli, tabella picta, tabella pictoria: catinum exponit Eraſmus cap. 11. Euangelii Lucæ, δός μοι ὧδε ἐπὶ πίνακι τὴν κεφαλὴν ἰωάννου βαπτιστοῦ, des mihi in patina caput Ioannis Baptiſtæ, cap. 14. Euang. Matth. vbi Eraſm. ἐν πίνακι, hic Interpres vertit diſcum, alibi catinum, etiam ſi magis Græcè ſonat tabulam, quandoquidem quadris tabellis cibus apponitur. Item cap. 6. Euang. Marci lãcem exponit. μαθηματικὸς, ἀπηλλαγμένος τῆς περὶ τὸν πίνακα μεθόδου, Plutar. in Romulo, Mathematicæ ſtudioſus, ſe ad aſtrologiæ diſciplinam conferens: ſic Lapus. πίνακες καὶ πινακίδια, pinaces & pinacidia, ſunt tabellę in quibus capita omnium rerum continẽtur, Latinè indices dicimus: vnde quidam Græci eo titulo libros ſuos inſignierũt, quaſi eſſent multarum rerum indices, Plin. in Præfat.

Πινάριοι, familia Romanorum, Plut. in Numa.

Πινάριον, vocatur à Peteeſio genus atramenti ſutorii, quod & χαλκανθὲς dicitur, Dioſc. lib. 5, cap. 106.

Πιναρὸς, ᾶ, ὁ, ſordidus, horridus, vilis: ſuperius Πιναλέος.

Πινάω, contamino.

Πίνδαρος, eo tempore quo Simonides floruit, Ariſtophanis Interpres.

Πίννα, apud Ariſtot. ſpecies eſt teſta intectorum: Gaza Græcam vocem relinquit. vide AElianum, & Plin. lib. 9, cap. 35. Item Heſychium. vnde fit πιννοτήρης, pinnoteres genus cancri, Plin.

Πιννοθῆραι, pinnotheræ: ſic dicuntur cancri parui, qui in pinnis & conchis innaſcuntur, Ariſtot. lib. 5. Anim.

Πιννοτὴρ, aliàs πιννοθὴρ, apud AElian. & Ariſtot. Gaza Græcam vocem relinquit. eſt autem cancellus.

Πιννοφύλαξ, i. pinnæ cuſtos: piſcis eſt qui pinnam concham cuſtodit: & eſt vel ſquilla parua, vel cãcellus, i. paruus cancer, Ariſtot. lib. 5. Anim. Item lib. eodem cap. 16.

Πινόεις, εντος, ὁ, ſordidus, ῥυπαρὸς, i. breui. πινόεν ἔριον, ſiue πινῶδες, lana ſuccida, à ſorditie, Hippoc. πινόωσα, in Epigr.

Πῖνον, ceruiſia, vinum hordeaceum, quo temulentos pronos decumbere, aut ſupinos tradit Ariſtoteles, quod in altis non fit.

Πίνος, οῦ, ὁ, ſordes, ῥύπος, priore breui libr. 2. Argon. Apollon. vnde κακόπινος, ſordidus, improbus. Capitur & πίνος pro ſpurco homine & peſtilente, vt & peſtis Latinis dicitur. vnde πολυπίνητος, multùm ſordidus, Eurip. lib. 2. & κακοπινὴς, i. κακορύπαρος, κακοήθης.

Πίνος, ἡ, pro pino arbore videtur accipi libr. 6, cap. 17. Theophr. de cauſ. plant. ὅτι τε τῆς πίνυ καὶ ἀκρόδρυς ποι, &c.

Πινοτήρης, lapidem obſeruans, Etym.

Πινύεις, εντος, ὁ πινόεις.

Πίνυσις, εως, ἡ, prudentia.

Πινύσκω, πινυτὸν ποιῶ, præmoneo, prudentem facio. ζεὺς πινύσκει ἤματα, Iupiter molitur dies, &c. Ariſtot. lib. 5. Anim. ex Simonide poeta, de Alcyone.

Πινυτη, ῆς, ἡ, prudentia. Iliad. η, δῶκε θεὸς μέγεθός τε βίην τε καὶ πινυτὴν, i. φρόνησιν, σωφροσύνην.

Πινυτὴς, ῆτος, idem, in Epigr.

Πινυτὸς, οῦ, ὁ, prudens, σώφρων, συνετὸς, ſapiẽtia præditus, conſultus, apud Demoſth. primis breuibus

Πινυτόφρων, ονος, ὁ, idem.

Πινύω, μ. ύσω, π. υκα, admoneo. Actiu. Accuſ. vnde πίνω, à quo πεπυμένος.

Πίνω, μ. πίσω, π. πέπωκα, ἀόρ. β. ἔπιον, bibo, ſorbillo, abſorbeo, haurio. Regit Accuſatiuum: vt Odyſſ. ε, γέροντα πῖνε τε οἶνον. πίνειν τὸ φάρμακον, Galen. ad Glaucon. & Atticè Genitiuum: vt πίνω τοῦ οἴνου. πίνω τοῦ ὕδατος, Gaza libr. 4. Grammat. bibo de aqua: ſunt qui ἀπὸ velint ſubintelligi, idem Gaza. πίνειν ἐκ φιαλῶν, bibere in pateris, Xenoph. εἰς τὸ πίνειν ἥκειν, Demoſthenes. πινέμεναι οἶνον μέθυ πολλὰ, Hom. Iliad.

Πινώδης, ῥυπαρὸς, ξηρὸς, ſqualidus, aridus. Superius πινάδης ſcribitur.

Πινωδία, ας, ἡ, immunditia, ἀκαθαρσία.

Πίομαι, bibo, bibam, cap. 19. l. 2. Reg. & in Epigrã. vbi prima producitur. πίομαι dicendum non πιοῦμαι, Phrynic.

Πῖον, & Πῖος, εος, τὸ, pingue: propriè τὸ ἔχον μᾶλλον στερεὸν, ἢ ὑγρὸν, hoc eſt, in quo pl⁹ ſolidi q̃ humidi redũdat: quũ λιπαρὸν dicatur illud in quo magis dominatur humidũ. Fit autem πῖον ſanguine putrefacto, lib. 3. Anim. Ariſtot.

Πιότατος, ὁ, pinguiſſimus, λιπαρώτατος, παχιότατος. πιότατος ζέφυρος, in Epigr.

Πιότης, ητος, ἡ, vbertas, pinguedo, obeſitas, pinguitudo, Eraſm. cap. 11. Pauli ad Rom.

Πιοῦμαι, bibam: vnde πιεῖσθαι, bibiturum eſſe, Ariſtot. in Rhet. πίουσα, quæ bibit, cap. 28. Act. Apoſt.

Πιπίζω, μ. ίσω, π. ικα, ſugo, pipo. Vox eſt factitia gallinarum & auium.

Πίπλημι, pro πίμπλημι, in Epigr.

Πιπτίω, μ. ίσω, π. ικα, cado, irruo.

Πιπιπὸ, vox eſt ſimilis Plautinæ illi in Caſina, Non ego iſtud verbum empſitem titiuilitio, i. re admodum vili: nullius enim ſunt ſignificationis.

Πίπος, ου, ὁ, auis marina. τῷ πίπῳ παρόμοια, talis qualis pi-

po, Gaza lib. 9. Animal. cap. 21.

Πιππίζω, pippio, ab imitatione auium dicitur hæc dictio. λέγεται δὲ καὶ τὸ πιπίζω ππίζω, Lucian. ſuprà per ſimplex π ſcribitur.

Πίπρα, ἡ, pipo auis quæ à lutea diſsidet, Ariſtotel. lib. 9, cap. 1. Animalium.

Πιπράω, inflare.

Πιπράσκομαι, & Πιπράσκω, μ. πράσω, π. πέπρακα, vendo. ἀποδίδομαι, venale habeo, venale expono. Genit. vel Accuſ. πιπράσκονται δὲ ἐπὶ τῇ ξένῃ, in exteram regionem vẽdendi emittuntur, Plutarch. in Solone. πιπράσκει δ' ὁ χαλκὸς πάντα πρὸς ἀργύριον.

Πίμπρημι, μ. πρήσω. vide Πίμπρημι.

Πιπρήσκω, vendo, Nonnus.

Πίπτω, μ. πεσοῦμαι, π. πέπτωκα, ἀόρ. β. ἔπεσον, cado, decido, incido, recido, ruo, corruo, proſternor, deiicior, excutior, delabor, collabor, fundor, peſſum eo, ſubeo, profligor, procumbo, incumbo, deficio, contingere, interlapſari, procidere. Apollon. 2. Argon. οὔδει πίπτε, in terram lapſus eſt. Pro ſternor & iaceo ibidem, συνάχεσιν ἐνὶ λεχέεσσι πεσόντες, ſtrati & iacentes. Pro irruo. Heſiodus, ὡς οἱ ἐν ἀλλήλοισι πέσον, ſic ipſi irruerunt in ſe mutuó. πεσὼν βορέας, i. irruens. Heſiod. τῷ πίπτει σχήματι, eò res ſpectat, Herodot. ἐμπίπτουσιν, Thucyd. Euripid. in Rheſo pro ſuſpendo, produco, interdum ſequor, & πεσεῖν propriè dicitur de iis qui in bello occiſi ſunt. πίπτεις ἡμέραν ἐξ ἡμέρας, Euripid. diem de die ducis. Sophocl. cum Datiuo pro incido, πίπτειν βαρείαις ... δυσπραξίαις, in ærumnas incurrere. πεπτωκότες συμφορᾷ, in calamitatem incidentes, in Epigram. πίπτω εἰς ἄτην, trahor in luctum, Euripid. πίπτει τὶς γόνατα, Xenoph. πίπτω ἐπὶ κύματι, Apoll. Rhod. πίπτω ἐξω τῶν κακῶν, Ariſtoph. de Theramene. πίπτω ὑπό σου, profligor abs te, Thucy. πίπτων, ſtratus, Hom.

Πιῤῥὸς, fuluus: ſic apud Dioſcorid.

Πίσα, vrbis nomen, Etymolog.

Πίσαι, rigare, ποτίσαι, ſuperius per ει ſcribitur.

Πισάκνη, paruum dolium: malim πιθάκνη vt ſuprá.

Πίσεα, paludes, prata, loci humidi. οἱ σύμφυτοι ἢ ὑλώδεις καὶ παλώδεις τόποι.

Πισινίτης, Ariſtoph. ſecunda breui, in Epigram. faba Piſina, à loco.

Πίσον, piſum ſeu piſa legumen, à Piſa loco nomine accepto. dicitur & λέκυθος.

Πίσος, locus humidus, Etym.

Πίσσα, ης, ἡ, pix, reſina.

Πισσηρεφὴς, έος, nauis pice illita.

Πισσάσφαλτον, quod conſtat ex glutino picis & bituminis. Plin. foſsilem picem ita vocat.

Πισσέλαιον, ου, picinum oleum, Dioſcorid. & Plin. aquoſus liquor, qui velut lactis ſerum ſupernatat pici. vnde ἐῤῥέπισσα Paulo vocatur, liquamen picis à Columella. Galenus tamen πισσέλαιον intelligit oleum cum liquida pice commixtum.

Πισσίζει χρόαν, eſt colore piceo, Dioſcor. lib. 5, cap. 77. πισσίζων οἶνος, Interpr. Ariſtophan.

Πισσίτης οἶνος, picatum vinum, Dioſcor. lib. 5, cap. 40.

Πισσόκηρος, ου, picatus cereus in aluearibus, Gaza in Ariſtotel.

Πισσόω, μ. ώσω, π. ωκα, pico, pice illino, pice incruſto: ὀρχάζω etiam dicitur. Neutr. Accuſ.

Πίσυρες, quatuor, τέσσαρες. per vnicum σ legitur in Epigramm.

Πίσυνος, ὁ, ὁ, obediens.

Πίσω, αἰτὶ τοῦ πίπτω, Etymol.

Πισσώδης, εος, ὁ καὶ ἡ, piceus, reſinoſus, reſinaceus. πισσώδης τῇ χρόᾳ, qui eſt piceo colore.

Πισσοῦται, pice linatur, pice cruſtetur.

Πιστάκια, τὰ, piſtacia. ſic dicitur fructus quidam in Syria prouenientes pineis nucibus ſimiles, Dioſcorid. lib. 1, cap. 178. & Marcellus.

Πιστεύομαι, μ. εύσομαι, π. ευμαι, fidem facio, mihi creditur, videor probabilis, vt verum admitto, & ὁμολογοῦμαι. Herodian. φοβεῖς τοῖς ἐκεῖ στρατιώταις, οὓς ἐψεύσατο, οὐκ πιστεύεται, milites prætoriani minus illi, vt quos decepit, fidẽ præbent, Iſocrat. ἀμφότεροι πιστευθέντες τοὺς πιστεύοντας ἀδικοῦσι, i. ſi ipſis credatur. Plutarch. πιστεύονται μᾶλλον παρ' ὑμῖν, valent apud vos authoritate. πιστεύεται πάντα, omnia ei credita ſunt. πιστεύεται κόσμιος ἀνὴρ, creditur vir probus, Plutarch. in Solone. πιστεύομαι πάντα πράττειν ἕνεκα τῆς πατρίδος, credor omnia patriæ cauſa facere, idem in Public. ὧν ὁ λόγος πιστεύεται, quam ratio confirmauit, Dioſcorid. lib. 7, cap. 1. πιστεύομαι τὴν στρατιὰν, i. præſum exercitui, Lucianus. πιστευθεὶς μέταλλα, qui fidem accepit de metallis, cuius fidei credita ſunt metalla. πιστευθεὶς κόσμον ὅλον ὑπὸ ὑδάτων διασώσασθαι, cui commiſſum eſt ab aquis totum mundũ cõſeruare, Nazanz. in Orat. πιστεύεσθαι, authoritate ſubniti, Demoſth. & Bud. πιστευόμενος, qui fide & authoritate præditus eſt, qui maior eſt ſuſpicione, vel maior quàm vt ſuſpectus haberi poſsit. πιστευόμενος τὰ μέγιστα, præfectus rebus maximis, Nazanz. in Orat. Item Chryſoſt. οἱ ἑταῖροι ... φίλοι οἱ μάλιστα πιστευόμενοι παρά τινι, & c. amici iuratiſſimi, Bud. in Epiſt. poſter. πεπιστευμένος, i. authoritate fretus, apud Platonem. πεπιστευμένη δόξα, habita opinio, Phalar. in Epiſt. ἐπιστεύθησαν, concrediti ſunt, commiſsi ſunt. πιστευθῆναι βουλόμενος, ſibi fidem haberi volens. πιστευθεὶς, fidem nactus. πιστευθεὶς λόγος, creditus ſermo. πιστευθεὶς ὑπὸ τοῦ δήμου, Ariſtot. in Polit. id eſt, cui fides à populo præſtatur. πιστευθεὶς ὑπὸ τοῦ βασιλέως, à rege cultus, apud regem authoritate valens & exiſtimatione, Iſocr. in Euagora, πιστευθεὶς ἐν Θήβαις, ſummæ authoritatis apud Thebanos, AEſchines.

Πιστευτικὸς, credulus, Ariſtot. in Rhet.

Πιστεύω, μ. εύσω, π. ευκα, credo, vt verũ admitto, fido, confido, fidem habeo & adhibeo, recipio, opinor, aſſentior, ſpero, ſum fretus, θαῤῥῶ, confirmor, cõmitto fidei, Chryſoſt. Neutr. Datiuo & Accuſ. πιστεύω σοι ταύτην, hãc tuæ fidei committo, Nazanz. in Orat. πίστευσον τῷ γήρᾳ τὴν κάθαρσιν, committe purgationem ſenectuti, Idem ibidem. πιστεύοντες σφίσιν αὐτοῖς, ſuis viribus freti, Thucy. 1. θαῤῥοῦντες. πιστεύω ταῦτα, hæc ita eſſe credo, Demoſth. τὰ λοιπὰ πιστεύουσιν αὐτῷ, in reliquis confident ei, idem Demoſth. Et cum Infinit. πιστεύω ἀποφεύξεσθαι, ſpero me euaſurum. Plato de Leg. πιστεύω τεύξεσθαι, ſpero me impetraturum. Xenophon, τοῦτο πιστεύω εὖ ποιήσειν, hunc credo bene facturum eſſe. Aliquando fidem accommodo. πεπιστευκὼς, fretus, cõfiſus, πεποιθὼς, τεθαῤῥηκὼς, AEſchines. πιστεύουσι τῷ λέγειν, dicendi facultate fretus, Idem.

Πιστικὸν, piſcina, potabile.

Πιστικὴ νάρδος. vide in dictione Νάρδος.

Πιστικοὶ λόγοι, Xenoph. verba ad perſuadendum appoſita, Ariſtot. lib. 1. Rhetor.

Πίστιος, ὁ, ὁ, ſanctus vertitur ab Halicar. lib. 9. ἐν ἱερῷ Διὸς πιστίου ὃν ῥωμαῖοι σάγκτον καλοῦσι.

Πίστις, εως, ἡ, fides, fiducia, plena fiducia, opinio, credulitas, ſpes, confidentia ſeu θαῤῥὸς, βεβαίωσις, certitudo, ὅρκος βέβαιος, cautio, δόξα, exiſtimatio, teſtimonium, certum indicium, ἀσφαλὲς σημεῖον, θάρσος. Et autem fides triplici differentia. Primùm enim ſignificat quam Latini appellant fidelitatis, æquitatis, conſtantiæque in re cõtracta ſeruanda opinionem atque exiſtimationẽ, qua præſtita probitatis, negata perfidiæ maleuolíque animi documenta præbemus: & tam actiuè quàm paſsiuè accipitur. Vnde πίστιν διδόναι καὶ δέχεσθαι, eſt fidem dare & accipere: κατὰ πίστιν συνθέσθαι, vel (vt Ariſtot.) συναλλάττεσθαι, bona fide paciſci. Sic πίστιν λαμβάνειν dicitur, cui poteſtas & imperium creditur. τὰς πίστεις παρ' ἀλλήλων λαμβάνειν, Ariſtot. in Polit. fidem inter ſe habere. ἡ τοῦ ἀνδρὸς δόξα καὶ πίστις, viri dignitas & exiſtimatio, Plutarch. in Pericle. ἡ διὰ τῶν ὅρκων πίστις, AEſchin. fides & cautio, i. ſecuritas quæ iureiurando datur, *foy & caution adiudicatoire*. Theognis, πίστει χρήματ'

μετ' ὄλεσσε, ἀπιστίη δ' ὤλεσαν. Heſiod. πίστεις δ' ἄρα ὁμῶς καὶ ἀπιστίαι ὤλεσαν ἄνδρας. Deinde ſignificat rei compertæ exploratæque fiduciam, quam Quintilian. perſuaſionem vocat: quemadmodum Græci πιστὸν appellãt τὸ γνώριμον καὶ ἀσφαλὲς, ὃ ἡμεῖς πεποιθαμεθα. [redacted]. Tertiò ſignificat ali[illegible] probationem, i. ἔλεγχον, ἀπόδειξιν, & argumentu[illegible] dignum. Vnde & πίστεις ἔντεχνοι, quas Quintilian[illegible] probationes artificiales vocat. de quo Budæus Co[illegible], μήδ' ὀφθαλμῶν πίστις παρῆν, i. quod credi non po[illegible] tum quidem quũ oculis teſtibus pateret. πίστιν ἔχω habere authoritatẽ, fidem facere. πίστιν ἔχω, mihi cre[illegible], mihi fides additur, Plutarch. in Romulo. ἔλαυνε δ' [illegible] ὁρίσας τῷ τέλει πίστιν ἔχων, ὥσπερ θαῤῥός. πίστιν παρέχομαι, facio fidem, Thucyd. πίστεις ποιοῦσι καὶ βεβαιότητα πρὸς ὀκνοῦντας, illis fidem facientes & ſatisfacientes, idem Thucyd. πιστὸν ποιῶν, fideliter agens, cap. 12. Prouerb. Salomonis. πίστιν ποιεῖσθαι, Plutarch. in Fabio, fidem adiicere. πίστιν ποιοῦμαι, do fidem, fœdus ineo. Herodot. τὴν πίστιν τοῖς ἀγγέλοις ἐποιήσατο, fœdus cum nuntiis iniuit. τὰς πίστεις ποιησάμενος τοῖς φίλοις, ſequeſter contrahendi fœderis inter amicos, Idem. πίστιν φέρειν, Sophocl. πίστεις φέρειν, argumenta elicere vel trahere, Ariſtot. πίστεις θεῶν ὀμόσαντες, qui deorum fidem iurauerunt, Thucyd. lib. 5. διὰ πίστιν ἀνθρώπων, habita hominib⁹ fide, Thucyd. εἰς τιμὰς καὶ πίστεις ἀνῆγε, ad honores & ſecreta conſilia promouebat, Plutarch. in Numa. πρὸς τὴν πίστιν, ad fidem faciendam.

Πιστόομαι, mihi concreditur, fidem facio, confirmo, Budæus in Epiſt. prior. & poſt. πιστώσασθαι eſt iureiurãdo affirmare, hoc eſt, ὅρκον δίδοναι, & fidem rei facere. Herodia. φιλοσοφίας βίῳ σώφρονι ἐπιστώσατο, philoſophiam vitæ temperantia ſe colere præ ſe tulit, fidémque fecit. Sic φήμην πιστώσασθαι apud eundem, eſt famæ fidem aſtruere, Budæus Com. Homer. Odyſſ. ο, νῦν καὶ τοῦτ' ἐθέλω μοι ἰδέσθαι, ὄρκῳ πιστωθῆναι, iureiurando confirmare, iureiurando aſtringi. Nonnus, οὔπω μάρτυρα μῦθον ἐπιστώσασθε θυμῷ, i. teſtem ſermone fideli animo nondum infixiſtis. Idem, εἰς ἐμὲ φίλτρον ἐπιστώσασθε, i. ἐφιλήσατε ἐμὲ, me dilexiſtis. φωνὴν πιστώσατο, fidelem vocem & certam edidit, idẽ Nonnus. πιστώσαντο, πίστεις ἐποιήσαντο ἀλλήλοις, ἐδεξιώσαντο, ὡμόσαντο, fidẽ mutuam dederunt, Homer. πιστωθῶμεν, Euripid. fœdere ſunt adacti. πιστώθητι μετ' αὐτοῦ, coniungere fide cum eo, cap. 27. Eccleſiaſtici. πιστώθητι τοῖς τύποις τῶν ἥλων, clauorũ veſtigia tibi fidem faciant, Nazanz. in Orat. εἰς τὸ ἅγιον πάσχα. πιστούμενος σοφίῃ, Laſcaris, i. ſapientia ſubnixus, vel potius fidẽ faciens de ſapientia. καλῶς τὰ δεδόντα πιστωθεὶς, Ariſtid. πεπιστωμένη φιλία, explorata amicitia, Bud. in Epiſt.

Πιστὸς, οὐ, ὁ, fidelis, i. qui fidem ſuam ſeruat & præſtat, ὁμολογούμενος, βέβαιος, qui fidei eſt ſpectatæ, indubitatus, cui fides adhibetur, firmus, certus, notus, exploratus, fidus, clarus. πιστὸς ἐμοὶ, apud me fidem habens, Valla. πιστὴ ἡδονὴ, voluptas certa, Euripid. πιστὴ κατηγορία, Demoſth. πιστὴ λόγῳ ἡ ἐλπὶς, ſpes ſermone perſuaſa, Thucydid. πιστὸν ποιοῦσι τὴν μεταβολὴν, Iſocr. Et πιστὸν, pignus ſiue fiducia & ſecuritas. τὸ τῆς ἐλευθερίας πιστὸν, i. libertatis pignus, Bud. in Com. in Epiſt. in verbo Pignus. Item credibile, perſuaſibile. Demoſth. πῶς τοῦτο ἡμῖν πιστόν; quonam hoc credere poſſumus? Item exploratum, compertum, ὁμολογούμενον, certum, cui negare fidem non debemus, Ariſtoteles μετὰ τὰ φυσ. 10. τὰ πιστὰ, quæ ad fidei tutelam pertinent, Euripid. ὅρκια πιστὰ, Homerus. ἐμοὶ οὐ πιστὰ, apud me carentia fide. ταῦτα πιστὰ μὲν ἦν τοῖς Ῥωμαίοις ἰδίκαι, his fides à Romanis adhibita eſt, Plutarchus in Romulo. τὰ πιστὰ διδόναι, Xenophon. καὶ πίστεις διδόναι, Iſocrat. pro eo quod eſt fide data promittere. πιστὰ autem ἔχειν dicuntur, qui pignus huiuſmodi fidei acceperunt. Vide Budæum in Epiſtol. in verbo, Fide accepta venire. τὰ πιστὰ ἔχειν παρά τινος, habere pignus, accipere fidem ab aliquo, Xenophon. πιστὸν ἔχοντες, Thucydid. ſperantes. πιστὰ φέρειν, fidem ſeruare, in Epigramm. & Laſcar. πιστὰ φυλάττειν, fidem ſeruare. Ian. Laſcaris, πόσι ἐφύλαξε πίστιν, marito fuit fidelis. πιστὰ ποιεῖν τὰ αὐτοῦ apud Ariſtotelem, ſua probare. Cicero dixit fidem facere de ſuis. πιστὰ θεῶν ποιοῦμαι, deos in fidem obteſtare, Xenophon. Eſt item πιστὸν τὸ πινόμενον, vt πιστὸν φάρμακον τὸ ποτὸν, vt ſcribit Ariſtophan. Interpr. in Pluto. πιστὰ φάρμακα, potabilia pharmaca dixit in Prometheo AEſchyl. Vide in φάρμακον.

Πιστότατος, ſummæ authoritatis.

Πιστότης, fides, Plato de Leg.

Πιστόω, ῶ, ώσω, π. ωκα, fidem accipio & do, ab aliquo mihi caueo propriè, hoc eſt, obſides vel pignora, vel ſponſores exigo, fidem affero, iureiurando adigo. πιστῶ σε ὅρκῳ, αὐτὶ ὅρκον ἐκ σου λαμβάνω: πιστοῦμαί σε δι' ὅρκου, αὐτὶ τοῦ ὅρκον σοι δίδωμι, Interpres Thucydid. lib. 4. Idem, πιστώσαντες αὐτοὺς τοῖς ὅρκοις, i. vbi fidem iureiurando habuerunt.

Πίστρα, αὐτὶ τοῦ πίστρα, Etym.

Πίστρις, ἡ, genus nauis cuius meminit Polyb. & Bayſ.

Πιστωθεὶς, ὁ, dicitur is cui fides facta eſt, hoc eſt, qui iam fidem rei accepit.

Πίστωμα, probatio, Ariſtot. in Rhet.

Πιστῶς, fideliter, certa fide. πιστῶς σοι προσμένω, perſeuero in fide tua, Demoſth.

Πίστωσις, confirmatio, Hermog. μαρτύρων πιστώσεις λόγων, id eſt, teſtimonia.

Πίσυνος, ου, ὁ, obediens, credulus, fidens, confidens, fretus. Iliad. ι, τόξοισιν πίσυνος, arcu fretus, πεποιθὼς, πεπιστευκὼς, τεθαῤῥηκώς. Sic Ariſtophanes νεφ. πίσυνος λόγοις, fretus vi dicendi. πίσυνοι τοῖς ἔξω, ab his qui aberant, ſolicitati, Thucydides.

Πίσυρες, quatuor, Etymol. ὀδ. ε, in initio fermé. primis breuibus, Apoll. Rhod. ſuperius per duplex σ ſcribitur.

Πιτάνα, turma, cohors, in Epigram.

Πιτάνη, ἡ, ciuitas AEoliæ. Vide Pitana ſum, in Prouerb. Eraſmi.

Πιτθεὺς, έως, δῆμος τῆς κεκροπίδος, ὁ πιτθεὺς, Suidas. Vide Didym. ὀδ. λ.

Πιτθεὺς, Pitheus, Theſei auus maternus, Plutarch. in Theſeo. vnde πιτθηῒς, ΐδος, Pittheis, idis, patronymicum fœmininum.

Πιτίνη, ἡ, legitur lib. 7, cap. 8. hiſt. plant. Theophraſt. pro herba. vbi exponitur à Gaza petina, vt πετίνη ſit legendum.

Πιτιῶν, ὁ, pitio, genus bulbi herbæ, Theophr. lib. 7, c. 13. hiſt. plant. vbi tamen Gaza opitio, id eſt, ὁ πιτιῶν. Vide Plin. lib. 19, cap. 5. de genere bulborum, à quo pition dicitur, ſcribitur tamen illic pithion.

Πίτνα, effudit, cecidit.

Πιτνὰς, denſans, extendens.

Πίτνατε, ἐκτείνετε, pandite, in Epigram.

Πιτνῶ, appropinquo, μεταπίπτω, Euripides in Oreſte. vnde ἐμπιτνῶ, i. ἐμπίπτω, irruo. πιτνεῖ, πίπτει, cadit. πιτνεῖ ἐν δόμοις χάλαζα, Euripid. πιτνεῖν, cadere, interfici, Idem. πιτνοῦντα κακῶς, idem Euripides, id eſt, ὀλιπίπτοντα, εἰς κακὸν ἀποβαίνοντα: ſic Interpres.

Πίτνω, iacio. Heſiod. αἱ δ' ἄρ' ἐν ἐλλήνεσιν ἔθεν, καὶ ἔπιτνον ἀλωῇ, i. ἔῤῥιπτον εἰς τὴν ἅλωνα, in areã proiiciebãt. vbi Interpr. τὸ πίτνω ἀπὸ τοῦ πίτω, πλεονασμῷ τοῦ ν: ἐστι δὲ καὶ πίτνω καὶ πιτνῶ.

Πίττα, πίσσα, pix. vnde πιττάσφαλτος, generis fœmin. apud. Dioſcorid. lib. 1, cap. 101.

Πιττάκιον, τὸ, pugillares & tabula è fuſili pice ad exarã-

Rr.

dum conflata. Pittacium Lampridius pro albo Prætoris vſurpat, matriculam vulgò vocant, Celſus pro panno medico.

Πισσάσφαλτος, ου, ὁ, picis bitumen.

Πισσίω, pico, pice oblino.

Πισσοειδὴς, reſinaceus.

Πισσοκαυτοῦσι πεύκην, pinum picis gratia vrunt, Theophraſt. lib. 9, cap. 2.

Πισσοκοπηθέντα ξύλα, offenſa ligna, Gaza lib. 5, c. 5. hiſt. plant. Theophr. ſed vide num ſignificet pice oblita.

Πισσοῦμαι, vnguento corpus illino, & pilos euello. Lucian. ἵνα γὰρ τὰς πισσουμένας τὰ σκέλη, καὶ τὸ σῶμα ὅλον.

Πισσόω, μ. ώσω, pico, pice inficio, pice inungo. vnde ὑποπιττῶ apud Ariſtophan. πιττοῦν, pice vngere. vnde καταπιττοῦν apud eundem.

Πισσώδης, piceus. πισσώδης πεύκη, pinus picoſa, Theophraſt. lib. 1, cap. 13. de cauſ. plant.

Πίσσωσις, picatio, qua vtebantur mangones in iis quibus graciliores erant artus.

Πισσωτὰ φάρμακα, Galen. ad Glaucon. medicamenta picea ſeu reſinoſa, vt Plinius loquitur.

Πισσωταὶ, οἱ, qui pice inungunt, Lucian.

Πιτυὰ, ᾶς, ἡ, coagulum, lac. πυτία ſcribitur ſecundum Gazam lib. 3. Grammat.

Πιτύεια, promontorium eſt circa Lampſacum, & olim Lampſacus ipſa Pityea vocabatur propter abundantiã pinuum πιτύων. ſic Apollon. Etymolog.

Πιτυΐδες, αἱ, fructus pinus, & piceæ quos habent in conis ſuis, nuclei pinearum nucum. πιτυΐδες καλοῦνται ὁ καρπὸς τῆς πίτυος καὶ τῆς πεύκης ὁ εὑρισκόμενος ἐν τοῖς κώνοις, Dioſc. lib. 1, cap. 88. Pityides fructus ſunt è picea pinúq; in conis vel metis repertus, Hermolaus. Sed Marcellus, Pityides ſunt tedæ & piceæ fructus, qui in conis, i. nucib[9] earum reperiuntur. Hermolaus in Corollario, Pityida (inquit) fructũ piceæ Dioſcorides vocari ſcribit, itémque pini, ſed impropriè, vt Galen. inquit. Plinius è pinaſtro nuces ita nominat. Hippocrat. pityida pro reſina è pinu ſiue picea potius intelligit, vt eidẽ Galen. placet.

Πιτυΐνα, τὰ, idem.

Πιτυΐνος, pineus. πιτυΐνος οἶνος, vinum pineum, Dioſcor. lib. 5, cap. 37. πιτυΐνη ῥητίνη, reſina quæ ex picea raditur: ſic Marcell. & Hermol. apud Dioſcorid. lib. 1, c. 92. ſed & lib. 3. ibidem, cap. 171. ab eodem Marcello pro pinea reſina exponitur.

Πιτυλίζειν, obire genus quoddã certaminis, de quo Gale. lib. 2. de tuenda valetu. erat auem huiuſmodi exercitatio, in qua ſummis pedibus ingrediebantur, manibus altera retrorſus, altera prorſus protẽſis, Politianus in Miſcel. Significat & geſticulari, & crebro motu ciere manus, de quo vide Gal. lib. 2. ſalubrium, & Cornarium li. 9. comment. in Gale. de compoſ. Phar. vbi erroris Politianum conuincit.

Πιτύλισμα, ατος, τὸ, manuum geſticulatio ac motus.

Πίτυλος, ου, ὁ, pugnus, hoc eſt compreſſio manus. quod autem pugno comprimitur, δράγμα dicitur. πίτυλος item ſtrepitus, caſus, fragor, tumultus, Eurip. ναῦς γε πίτυλος εἰρεσίας πάρα, idem Euripid. i. nauis parata eſt ad remigandũ: nam dum nauis remis agitur, fragorem quendam & ſonum edit verberibus remorum, quem ſyllabis Virgi. expreſſit, -ſpumas ſalis ære ruebãt. πέμπε κατήρει πίτυλον ἐλατήριον, Euripid.

Πιτυὼν, ῶνος, ἡ, vas picatum, quo vina reconduntur.

Πιτυοκάμπτης, pinorum eruca. Eſt & morbus quidam, & proprium cuiuſdam nobilis latronis, quem Theſeus interfecit. πιτυοκάμπτης τὰ τῶν πιτύων μικρὰ ςροβύλια. vnde σφαγαστικὸν πιτυοκάμπτας, vide apud Suidam.

Πιτύουσα, ἡ, Pityuſa, genus herbæ Dioſcor. lib. 4. cap. 262. dicitur ab aliquibus κρῆμα, ab aliis κραμβίον, ab aliis πιτυΐδιον, ab aliis κανοπικὸν, ibidem. Miletus dicta ſic fuit olim ob pinorũ illic creſcentiũ abundantiã, Euſt. Bœot.

Πιτυρίασις, vrinæ incontinentia, affectio vrinæ. Eſt etiã nomen affectus vel mali, quum ſcilicet tenues & furfuraceæ ſquamulæ, nulla relicta exulceratione ex capitis & reliqui corporis extremis partibus decidũt. Quintus Serenus & Celſus videtur porriginẽ appellaſſe. πιτυριάσεις φαίχει, furfures exterit, Dioſc. lib. [illegible], cap. 115.

Πιτυρίας, & Πιτυρίτης ἄρτος, furfuraceus panis, i. cui nihil furfuris ademptum eſt, αὐτόπυρος: Cic. cibarium panem vocat. Si quis diligenter expendat, quid Corn. Celſus ſcribat, animaduertet non idẽ eſſe αὐτόπυρον & cibariũ panem: inquit enim, Firmius eſt triticeum quàm milium, idipſum quàm hordeũ, & ex tritico firmiſsima ſiligo, deinde cui nihil ademptũ eſt, quod αὐτόπυρον Græci vocãt, infirmior eſt ex polline, infirmiſſimus cibarius panis. Ex his cõſtat αὐτόπυρον vocari panem ex ea farina coctum, cui furfures non ſunt adempti, ci[illegible]um verò furfuraceum, hoc eſt, ex ſolis propemodu[illegible]ribus coagmentatum, quem eundem ῥυπαρὸν, qua[illegible]s ſordidum appellaſſe videtur Paulus AEgineta [illegible]

Πίτυρον, ου, τὸ, palea, furfur, & tã capitis ſordes, [illegible] farinæ purgamentũ. Vide Marcel. in Dioſc. Demo[illegible]o Cteſiphonte AEſchini obiicit, quòd cùm aliás tu[illegible] P[illegible] atque ſordidè ab ineunte pueritia ſeruierit, tum [illegible]rum eum πηλῷ καὶ πιτύροις ἀπομάττοντα appellat, hoc eſt, lu[illegible] & furfure abſtergentem.

Πιτυρώδης, εος, ὁ καὶ ἡ, furfuraceus, furfuroſus, Interpretes Dioſcoridis lib. 1, cap. 80.

Πίτυς, υος, ἡ, pinus, picea, larix arbor, Gaza l. 5. Anim. Ariſtot. c. 10. & lib. 1. hiſt. plant. Theophr. c. 2. vide in dictione Πεύκη. Gaza apud Theophr. l. 5, c. 25, ἴδια δὲ περὶ τῆς φοίνικος καὶ τῆς πίτυος, peculiare quod de palma & picea proditur. ita etiã exponitur à Ruellio & Marcel. lib. 4. Dioſc. cap. 262. nunc pinus, nunc picea dicitur à Plin. quem & Barbar. imitatur. Vide Marcelli adnotationẽ, lib. 3. Dioſcor. cap. vlt. Hanc arborẽ, ſi exciſa ſit, ait Herodot. lib. 6. non redditurã ſobolem. Gell. l. 8, c. 4. pinũ vertit carpens eundem Herodot. quòd parũ verè dixerit pinũ, i. πίτυν, vnam ſolámque arborũ omnium cæſam nunquã denuo ex iiſdem radicibus pullulare. Ariſtot. de mundo, πλάτανοι καὶ πίτυες, platani & pini: ſic Bud.

Πιτυώδης, habens formam lactis coagulati, ſcatens piceis. πιτυώδης καρπὸς, fructus laricis ſemini proximus, Theophr. lib. 1, cap. 5. de cauſ. plant.

Πίτυλοι, οἱ, remi, remigationes.

Πιφαύσκω, & Πιφαύσκομαι, dico, nuntio, σημαίνω, ἐμφανίζω, Hom. Iliad. κ, ἐπὶ ἀλλήλοισι πίφαυσκεν. & ὀδ. ο, ἄλλον ἐγὼ τοι πιφαύσκομαι, i. demonſtro, φανερῶ. Heſiod. οὐκ ἀΐδρεια πιφαύσκεις, non inſcita loqueris.

Πίφιξ, auis quædam aquatica, aliâs πίπρα ξ. apud Ariſtotel. Gaza piphex vertit.

Πίω, bibo, bibero. πίωμεν, bibamus, bibituri ſimus.

Πιώδης γῆ, terra vliginoſa.

Πίων, ονος, ὁ καὶ ἡ, pinguis, opimus, vber, obeſus, ſaginatus, adipe pinguis, πιμελὴς, πλούσιος ἢ λιπαρὸς, εὐδαίμων, opulentus. ἐν πίονι νηῷ, in opimo templo. Homer. Iliad. β, αὐτὴ τῷ πλουσίῳ καὶ εὐδαίμονι. πίονας ἀγρούς, idem in Odyſſ. Heſiod. τῆμος πιόταταί τ' αἶγες, &c.

Πλαανητὶ, erraticè.

Πλᾶγγος, ου, plancus, aquilæ genus, Plin.

Πλαγγὼν, όνος, ἡ, ornamentum quoddã puellare ex cera (factũ.

Πλάγια, τὰ, latera. εἰς τὰ πλάγια, ad latera, in latera. εἰς πλάγια σείειν, in trãſuerſum ſeu obliquũ quatere, Ariſtot. de mundo. κατὰ πλάγια, per latera, Xenoph. in Pæd.

Πλαγιάζω, μ. άσω, π. ακα, obliquo, in tranſuerſum deflecto, per obliquũ enuntio, circũeo dicit Quintil. Actiu.

Πλαγίαυλος, ου, ὁ, tibia obliqua ex loto, à Libyb[9] inuẽta.

Πλαγιασμὸς, obliquatio, Hermog.

Πλαγιόκαρπος, ὁ καὶ ἡ, lateribus fructificans, latere fructum pariens, in latere habens fructum.

Πλαγιόκαυλος, cui caulis tendit in latus.

Πλάγιος,

Πλάγιος, α, ον, obliquus, trãſuerſus, declinatus, diuerſus, inuerſus, in latus ſe vertens. τὰς πλαγίους τάφρους, foueas obliquas, Theophr. l.3, c.7. de cauſ. plant. πλαγία θύρα, poſticũ, c.1. Daniel. πλαγία φάλαγξ. Vide in Append. de vocab. milit. ἐκ τοῦ πλαγίου, à latere. εἰς τὸ πλάγιον, in latus, in angulum, latus verſus. κατὰ τὸ πλάγιον, ad latus.

Πλαγιοσύμπηκτον, ου, τὸ, cum obliquo conſtructum.

Πλαγίως, obliquè, doloſè, acutè & cauilloſè.

Πλαγκταί, ſcopuli, Odyſſ. μ.

Πλαγκτὴρ, ῆρος, vagus, erro, in Epigr.

Πλαγκτός, οῦ, ſtultus, attonitus, errans, erraticus, errabundus. πλαγκτὸν ὕδωρ, in Epigram. erratica aqua. πλαγκτὸν κύτος, Ibidem.

Πλαγκτοσύνη, πλάνη, vagatio. Odyſſ. ο, πλαγκτοσύνας ἐπὶ σοὶ κακὰ τεύξω.

Πλάγξομαι, errabo. Ὀδ. ο, κατὰ πτόλιν αὐτὸς ἀνάγκῃ πλάγξομαι: à πλάζομαι, πλεονασμῷ τοῦ γ.

Πλάγχθην, erraui. πλάγχθην, ἐπλανήθην, & πλαγχθεὶς, percuſſ⁹, errãs: à πλάζω. πλαγχθεὶς ἀμαξιτοῦ, de via errans, Euripid.

Πλάγων, ονος, ornamentum puellarum, quod & νύμφα alio nomine & δαγὺς, Theocr. Schol.

Πλαδαρός, ὰ, ὸ, humidus, ὑγρὸς, laxus, mollis & flaccidus, imbecillis, lib.4. Epigr. ἱδρῶτι πλαδαρὴν ἀμφεδίνωσε κόμην. πλαδαρᾶς σαρκὸς, mollis ſpongioſæque carnis, Ruell. carnis inutilis & fluidæ, Barbar. & Marcell. lib.2. Dioſcor. cap.137. & lib.5, cap.7. οὖλα πλαδαρὰ, humida gingiuarum vitia, diffluẽtes humore gingiuæ. πλαδαρὸς ſignificat non humens ſimpliciter, ſed cum humore flacceſcens, vt quũ quod natura ſua durum rigénſque eſt, admiſſo humore languet. oportet ἐν τῷ πλαδαρῷ duo hæc intelligere, humorem, & ex humore infirmitatem. ergo πλαδῶσι οὖλα apud Dioſc. lib.1, cap.141, id eſt, flaccida & cum infirmitate humentia: hæc Marcellus ibidem.

Πλαδάρωμα, ατος, τὸ, imbecillitas, languor.

Πλαδάω, humeſco. Apoll.2. Arg. πλαδόωσαι ὀπηδέοντες ἄερσαι, i. ἔνυγρον ſeu δίυγρον. nam πλάδος humiditas vẽtriculi dicitur. πλαδῶσα, fluida, Ariſtot. de cõcretione ſanguinis ceruorum. οὖλα πλαδῶντα, humore prægnantes gingiuæ, humentes gingiuæ, Dioſc. l.5, c.115, madidæ pituita gingiuæ, Hermol. apud Dioſc. l.1, c.153. πλαδῶσι οὔλοις, gingiuis vligine madẽtibus, Dioſc. l.1, c.141. ſic Barbar. quẽ reprehendit Marcell. inquiens vliginẽ terræ eſſe.

Πλαδόεις, εντος, vliginoſus, vdus, humectus, mollis, cuiuſmodi eſt caro œdemate laborantis, quę digitis cedit, veſtigia relinquens prementibus, Nicand.

Πλάδος, τὸ, infirmitas, humiditas quæ ſupra id quod ſecundũ naturam eſt, innaſcitur partibus, Hipp. πλάδον στομάχου παρηγορεῖ, Dioſcorid. lib.1, cap.21, i. humida vitia ſtomachi demulcet.

Πλάζομαι, μ. άσομαι, π. ασμαι, erro, vagor. poet. πλάζομαι ἐπὶ δῆμον, erro in populo. ſic Homer. Ὀδ. ζ. pro πλανῶμαι, in Epigramm. pro ἀναφέρομαι, ſurſum feror & aſportor, Apollon. Rhod.

Πλάζω, errare facio, ſeduco, πλανῶ, ἀπείργω, falſum habeo, fallo, πλανᾶσθαι ποιῶ, Hom. Odyſſ. Iliad. ζ, οἵ με μέγα πλάζουσι, i. πλανῶσι καὶ ἀπείργουσι τῆς πολλῆς προθυμίας.

Πλαθάνη, ης, ἡ, vas in quo fit panis & placentæ, quod & πλάθανος dicitur. Item proprium nomen ancillæ apud Ariſtophanem.

Πλαθεῖσα pro πελαθεῖσα, admota, Euripid. vt ſit ab ἐπλάθην ſecundo Aoriſto paſsiuo: ab ἔπλαθον medio.

Πλάθω, μ. άσω, appropinquo, admoueo, accedo ad, προσπελάζω. Homerus, οὐρὴν μὲν πρός τ' ἔπλασ' ἐφ' ὕδωρ, caudam aquis admouit. ἐπλάθην, propinquaui, Euripides. πλαθεῖσα, propinqua facta, admota, adiuncta, Idem.

Πλαίσιον, ου, τὸ, πλινθίον, & quod eſt lateris forma. πλαίσιον (ſcribit Bud. Com.) propriè eſt, ὅταν ἐκ τεσσάρων πλευρῶν γένηται ἡ ὀρθὴ τάξις, οὐκ ἐν τετραγώνῳ, ἀλλ' ἑτερομήκει σχήματι, ita vt longitudo longè ſupereminear altitudinem. Ariſtoph. Ran. καὶ πλαίσια σύμπηκτα πλινθεύουσί γε. Eſt apud Herodian. militaris ordo quadrangulari forma. τετράγωνος τάξις στρατεύματος καὶ τὸ ἐκ ξύλων τετραγώνων πῆγμα, hoc eſt, agmen quadratũ, Etym. ἐν πλαισίῳ τεταγμένοι, quadrato agmine inſtructi, Thucyd. vbi Interpr. exponit ἐν τετραγώνῳ σχήματι. vide in Append. de vocab. milit. Item ex quatuor trabibus compacta machina. Suidas πλαίσιον vocat compagem ex lignis quadrangulis.

Πλακουντώδης, placentaceum, Gaza lib.4, cap.11. hiſt. plant. Theophr.

Πλάκες, τοὺς, cruſtas maſſáſque vocant in tabellæ formam congeſtas.

Πλακερός, οῦ, ὁ, latus, πλατύς.

Πλακία, ας, ἡ, error, peccatum.

Πλακόεις, όεντος, ὁ, placenta, in Epigram.

Πλακός, ἡ πλακία.

Πλακούσιον, ου, τὸ, placentula. ‖ Apuleius ex Luciano vertit cruſtulum. ſunt enim cruſtula, edulia mellita operiſque piſtorii, Beroald.

* Πλακουντοποιὸς, καὶ πεμματοποιὸς, dulciarius, Chryſoſt.

Πλακοῦς, οῦντος, ὁ, contractum à πλακόεις, εντος, placenta. In Vocat. ὦ πλακοῦ, vt docet Gaza. ἀντὶ πλακούντων, pro placentis, loco placentarum, Dioſc. lib.2, cap.199.

Πλακταί, αἱ, ſaxa quædam in mari, quæ ab aliis ſymplegades appellantur.

Πλακῶ, incruſto.

Πλακώδης, ὁ, planus, tabulatus, cancellatus, cruſtatus, cruſtaceus. πλακώδεις καδμεία, Placodes cadmia, i. cruſtoſa, Ruellius: vel, vt Marcell. placodes quaſi gleboſa aut cruſtacea. ſic dicitur genus cadmiæ lineis quibuſdã velut zonis cinctæ, vnde & ζωνῖτις dicta, Dioſcor. lib.5, cap.76. πλακώδης γῆ, terra ſabuloſa, Gaza lib.9, cap.4. hiſtor. plant. τὸ πλακῶδες, cruſta, cruſtoſum, cap.22. lib.2. Dioſcorid. πλακωδέστερος, planior tabellatiórque, Gaza lib. 4. de partib. Animal. πλακωδέστερα, planiora & tabellatiora, idem Gaza ex Ariſtot.

Πλαμμυλεῖν, τὸ ὑβρίζειν.

Πλανάομαι, μ. ήσομαι, π. ημαι, erro, oberro, titubo, vagor, ἀλῶμαι, verſor in errore, hallucinor, decipior, Plato cum Accuſ. Epiſt.4. τοῖς μὲν γὰρ ἄλλοις συμβέβηκεν ἀναγκαῖον εἶναι πλανηθῆναι πολλοὺς τόπους, i. multa loca obire & luſtrare. πλανῶνται ἀπὸ τῆς ἀληθείας, à veritate aberrant. ἐπλανήθημεν, errauimus, Nazanz. in Orat. ἐπλανήθησαν, errarunt. ἐπλανήθησαν ὡς ἕκαστοι, i. paſsim errauerunt, Thucydid. i. πλανηθέντες διέστησαν. πλανᾶσθαι πολλοὺς περὶ ἑλιγμούς, Xenoph. lib.1. Pæd. πλανᾶσθαι ἐκεῖ, illuc errando ire, Demoſth. πλανώμενος ἐν τῷ λόγῳ, titubans in loquendo. πεπλανημένος, vitioſus, nõ ſibi conſtans, incertus, Hermogen. πεπλανημένα ἐς ἀνθρώπους ἐνύπνια ἐστί, inſomnia adeuntia homines fruſtrantur, Herodotus.

Πλανάω, μ. ήσω, π. ηκα, ſeduco, impono, φενακίζω, eludo, illudo, confundo, fallo, tranſuerſum ago, ἐξαπατῶ, παραλογίζομαι, in errorẽ induco, lacto, i. ſeduco. Actiu. Accuſ. μὴ πλανῶ, ne erres, c.42. Eſaiæ. ‖ implano dixit Cyprian.

Πλανέομαι, vagor, Herodot.

Πλάνη, ης, ἡ, error, erratio, vagatio, deceptio, illuſio, digreſsio, φορὰ, ſeductio, ſinus, peruagatio, flexus, nauigatio, peregrinatio, impoſtura exponit Eraſm. cap.4. Pauli ad Epheſios, inquiens, πλάνην etiam eſſe decipientis, aut errore decepti.

Πλάνημα, idem, Sophocl.

Πλάνης, ητος, ὁ, idem quod πλανήτης, erro, vagus. vt Vlpianus in l.1. §.1 de AEdilit. edicto, qui fugitiuus errore fuerit. πλάνητες, erraticæ ſtellæ, Plato in Timæo. μίσθιος id eſt, mercenarius, Sophocl. Schol. in Tyran. πλανῆτις & πλανῆται πυρετοὶ, i. ἄτακτοι, errabundæ quæ nõ ſeruant certum tempus, ſtatum aut ordinem, febres vagæ, quibus ſuccedunt & ſuperueniunt quartanæ, Galenus lib. 1. ad Glauconem.

Πλανησίεδρον, Ariſtotel. lib. 1. Animal. vocat molam, quòd locum orbiculatum habeat.

Πλάνησις, error, erratio, vagatio, vertigo.

Πλανήτης, ου, ὁ, vagus, erro, ſtella erratica. Plato 2. de Rep. τοὺς ἐπὶ τὰς ἀγορὰς ἱδρυμένους, τοὺς δὲ πλανήτας ἐπὶ τὰς πόλεις, ἐμπόρους καλοῦμεν, mercatores dicimus qui vrbes peruagantur. οἱ πλανῆται, errones, planetæ, ſtellæ erraticæ, ἀστέρες πλανῆται.

Πλανητικὸς, erraticus ac vagabundus.

Πλανῆτις, ιδος, ἡ, errabunda.

Πλανητὸς, erraticus, πλανήτης. vnde apud Platonem de Legibus, & Ariſtotelem de mundo, ἄστρα τὰ πλανητὰ ὄντα, planetæ, vt Sol, Luna, &c.

Πλανὶς, aureum ſponſæ diadema.

Πλάνιον βίος, in Epigr. vita peregrè agentium.

Πλανόδιος, ὁ, palabundus in via. Homer. in Hym. βοὸς πλανοδίας, quod Virg. errabunda bouis veſtigia.

Πλάνος, ου, ὁ, certi cuiuſdam generis impoſtor, fallax, vagabundus, erro, profugus, ſeductor, inſigni verſutia præditus, quales fuerant Ciphiſodorus & Pantaleo, & Matreas apud Alexandriam, qui (vt author eſt Athen.) huiuſmodi ænigma propoſitabat, Alere ſe feram quandam quæ ſemetipſam eſitaret. Eo vocabulo Græco potius quàm Latino Cic. pro Cluent. vſus eſt, Hic ille planus, inquit, improbiſſimus queſtu iudiciario paſtus, qui illi pecuniæ quam condiderat, ſpe atque animo iam incubaret, contrahit frontem, Bud. in Annot. Capitur etiam pro errore. Cebes Theb. πότερον οὐ πάνυ πτοεῖ τὸν πλάνον; Δέος δὲ μὴ τῇ ἐμοῦ τουτονὶ πλάνῃ φιλόσοφοι καταγελῶσι, non vereor ne hunc errorē meum philoſophi irrideant, Gaza de Senectute. πλάνα δῶρα, ſubdola dona, in Epigr. πλάνος interdum digreſſio dicitur. Plato Epiſt. 7. τούτῳ δὴ τῷ μύθῳ τε καὶ πλάνῳ ὁ ξυνεπισπώμενος, εὖ εἴρηται, &c. hūc ſermonem & digreſſionem ſequutus.

Πλανύττω, erro, Ariſtoph.

Πλὰξ, κὸς, ὁ, tabula, cruſta, tabula lapidea, tabella, alueolus, & quicquid aliquo modo latum eſt πλὰξ dicitur: vt πλὰξ ὄρους, montis æquor, & cuius planities arari poſſit, aut à pecore depaſci. Sophocles in Aiace, ἄκραν ὑπὸ πλάκα σουνίου, i. ὑπὸ ἄκραν τῆς γῆς τοῦ σουνίου. αἱ πλάκες τῆς διαθήκης, tabulæ teſtamenti, Paulus cap. 9. ad Hebræos. αἱ πλάκες λίθιναι, tabulæ lapideæ, cap. 3. libr. 3. Regum, & cap. 31. Exodi. πλαξὶ, tabellis. πλάκας λεπιδώδεις ἔχει, cruſtas habet ſquamarum modo, Dioſc. lib. 5, cap. 113. πλάκας πολλὰς ἔχων, cancellos multos & cruſtas habens, Ariſtot. lib. 2. Anim. & Gaza ibidē de apomaſo. Idem ibidē cruſtas explicat, de ventre ſuillo. Item pro lapide lato qui ſuperponitur ſepulchro. πλὰξ αἰτία τοῦ πεδίου, Eurip. & Nazanz. in Epiſt. ad Baſilium. gleba, æquor terræ, Eraſm. Aliquando ſimpliciter pro γῆ. πλὰξ χλωρὸς, in Epigr. πλὰξ πελαγία, Eurip. pro mari & æquore.

Πλασιάζω, μ. άσω, π. ακα, multiplico. Actiu. Accuſ.

Πλάσις, ιος, ἡ, formatio, fictio varietáſque.

Πλάσμα, ατος, τὸ, figmētum, ſimulachrum, creatura, fingendi artificium, ſignum, commentum & ſimulatio, hoc eſt, σχηματισμός. πλάσματα πολλὰ ἀνθρώπων, Ariſtoph. Erat etiam verbum theatricum, & artis tibicinū. πλάσμα φωνῆς ἀθόρυβον, ſonus vocis & conformatio, placida & ſedata, Plut. in Pericle. πλάσμα quoq; dicitur potio ex dulcioribus quibuſdam rebus cōpoſita, qua vtebātur pronuntiaturi ad commendandam vocem: vt apud Perſiū, -liquido cū plaſmate guttur Mobile collluerit. & Quintil. lib. 1, cap. 14.

Πλασματίας, ου, ὁ, fictor, fabulator, Plutarc. in Camillo, de Heraclide Pontico.

Πλασματίας λόγος, &

Πλασματώδης λόγος, ὁ πεπλασμένος, ratio ſeu opinio commētitia, figmēto ſimilis, Gaza ex Ariſtot. in 12. Metaph.

Πλασμὸς, οῦ, ὁ, latitudo.

Πλασσόμενος, Actiuè, Demoſth.

Πλαστοκάρδιος, πλάσσω.

Πλάστειρα φύσις, in Epigr.

Πλάστης, ου, ὁ, figulus, fictor, pictor, faber, ſtatuarius. lib. 4. Epigr. ὁ πλάστης ὅδε μ' ἴδιον μύρον. Itē creator, cōditor.

Πλάστιγξ, γος, ἡ, lanx, trutina, ſtatera, iugum, Euripid. de equis.

*Πλασίγγιον, ferula chirurgica, in Hippia. καὶ πάλιν δίσημα περιδρέχων ὀξυλαίῳ καθ' ἡμέρας καὶ περιτιθεὶς τὰ πλασίγγια μέχρι ὀκτὼ ἡμέρας.

Πλαστικὴ, ars figulorum, Lucian.

Πλαστικὸς, οῦ, ὁ, πλάστης. πλαστικωτάτη γῆ, terra maximè compacta, Plato in Timæo.

Πλαστοχάρτης, ου, ὁ, falſarius.

Πλαστολόγος, falſifictor, falſiloquus.

Πλαστολόγος, falſidicus.

Πλαστὸς, ἡ, ὸν, fictus, fictitius, cōmentitius, adulterinus, νόθος, ἀδόκιμος, σχηματιστός. πλαστὸς κατήγορος, præuaricator. πλαστὸν ἐνθύμημα, ficta expolitio, Trapez. πλαστὸν ἐπιχείρημα, dicitur ab Hermog. πλαστὸν φάρμακον, i. κατάπλαστον, Ariſtop. πλαστὴν ὑπὸ ἴδυκτο γυναῖκα, Heſiod.

Πλαστουργῶ, effingo, imitor. vnde πλαστουργὸς, formator, figulus.

Πλαστῶς, falſò, fictè, Plato de Leg.

Πλαταγέω, vel Πλαταγωνέω, crepo. ἐπλατάγησεν, in Epigr. ſonuit, ſtrepuit, de tympano.

Πλαταγὴ, ῆς, ἡ, ſtrepitus, tintinnabulum, crepitaculū æneum quoddam, Archytæ inuentum, quo pueri auocarentur à peioribus, tempúſque hoc oblectamento fallerent. vnde prouerbium, ἡ ἀρχύτου πλαταγὴ, Archytæ crepitaculum, de quo Ariſtot. lib. 8 Polit. cap. 6, in hominem vehementer garrulum. Scribit Apoll. 2, aues ſtymphalidas crepitaculi ſono fugaſſe ex Arcadia. ἀλλ' ὅ γε χαλκείην πλαταγὴν ἐνὶ χερσὶ τινάσσων δοῦπει, &c. Et lib. 6. Epigr. πυξίνη πλαταγὴ, pro buxeo inſtrumēto ad plauſū & ſonitū edēdū.

Πλαταγώνιον, ου, τὸ, idem. Item papaueris folium, & ludi genus, de quo in Πλαταγίζω.

Πλατειάς, Ariſtoph. Interpr. pro πλατείας.

Πλαταμὼν, ῶνος, ὁ, fouea mari vicina, quæ illo intumeſcēte aquam accipit ſalſam, cuiuſmodi Rhodi fuit, teſte Strabone lib. 5, ſcopulus paululum è mari emicans, leuis atque æquabiliter latus, apud Aratum lib. 1. πλαταμῶνες dicūtur litora ampla & lata, Apol. Rhod. ὁ αἰγιαλὸς, Dionyſ. de Situ orb. ἐν τοῖς πλαταμῶσιν, in litoribus, in ripis, in maritimis foueis, Ruell. in litoralibus petris, Marcellus lib. 4. Dioſcorid. cap. 74. Alii tamen codices habent ἐν πλαταμῶσι. de qua dictione vide apud Suid. & Ariſtot. lib. 5. Anim, & lib. 8, cap. 2.

Πλατάνιστος, ου, ἡ, & Πλάτανος, platanus. Ariſtotel. de mūd. πλάτανοι καὶ πίτυες, platani & pini: ἀπὸ τοῦ πλάτους: habet enim arbor illa lata folia. Ariſtoph. ὅτ' ἂν πλάτανος πτελέᾳ ψιθυρίζῃ. Apoll. 2, ἀμφιλαφεῖς πλατάνιστοι. Homer. καλῇ ὑπὸ πλατανίστῳ. Eſt & πλάτανος vaſis genus, è quo popana fingebantur. πλατάνιστος etiam locum ſpatioſum & latè patentem ſignificat, authore Photione, à platani foliorum ſimilitudine.

Πλατανώδης, εος, ὁ καὶ ἡ, in modum platani.

Πλατανὼν, ῶνος, ὁ, platanetum.

Πλατεῖα, ας, ἡ, platea, palma, manus. ἐν ταῖς πλατείαις, in plateis, cap. 12. Matthæi.

Πλατειάζω, ore diducto loquor, apud Theocr.

Πλατεῖον, ου, tabella.

Πλάτη, ης, ἡ, nauis, mare, remus, pars remi latior, Bayf. Latinis palmula dicitur. ξίεσαν πλάτῃ ἅλα, i. κωπηλατοῦντ.

Πλάτηξ, ſumma pars remi qua percutitur aqua.

Πλατιασμὸς, vitium oris, quum nimium diductis faucibus & ore plus ſatis patulo ſermo promitur. Huic opponitur ἰσχότης.

Πλατίζειν, μεγαλοφρονεῖσθαι, ſuperbire.

Πλατίον, propè, Doricè, pro πλησίον.

Πλατίον, nauicula, in Epigr. vel ſignificat paruū remū. Laſcar. tamen pro πλοῖον expoſuit.

Πλάτις, ιδος, ἡ, cōiūx: ὥσπερ τὸ πλάζειν τῷ ἀνδρὶ χρῆσθαι κοίτῃ.

Πλάτος, εος, τὸ, latitudo ἐν πλάτει, vide in Chil. Eraſmi, &

& Ariſtot.in Rhet.vbi differt à profunditate.dicitur & βένθος. πλάτος καρδίας, ſapientia, Nazanz.in Orat.

Πλατυώμος, dilatatus, Ariſtoph.

Πλάττομαι,& Πλάττω,μ.άσω,π.ακα, formo,creo,compono,fingo,i.more figuli formo,effingo,oblino. Item affingo,comminiſcor,προσποιοῦμαι,ſimulo. πλάττομαι ἢ εἰδέναι,ago ſcientem,ſimulo me ſcire. πλάττομαι δικαιοσύνην, ἀπὸ τοῦ σχηματίζομαι δίκαιος εἶναι, quod etiam ὑποκρίνομαι dicitur. πλάττομαι καὶ προσποιοῦμαι,fingo & ſimulo,Demoſt. πλασάμενος ἀδήλως τῇ ὄψει πρὸς τὴν συμφοράν, vultum ad ſimulationem cladis componens,ὑποκρινάμενος φαιδρὸς εἶναι τῷ προσώπῳ. Plato 2.de Rep. πλάττειν τὰς ψυχὰς αὐτῶν τοῖς μύθοις, eorum animos fabulis formare. σμύρνης ὠὸν πλάσσειν, ex myrrha ouum compono, Herodot. ἐπλάττετο οἰκίας, Ariſtophanes. ἔπλασε πηλῷ τοὺς ὀφθαλμοὺς, oculos luto impleuit, Herodo. κατ' ἂν ἐπλάσατο τὴν κεφαλὴν πηλῷ, caput luto obleuit, Idem. εἰ μὲν ἐμαυτῷ μόνῳ κτῆμα τοῦτο ἐπλασάμην, &c. ſi mihi ſoli formaſſem, Lucian.in Cauc.

Πλατὺ,μέγα,εὐρὺ,ἄλμυρον. vnde πλατύτης, latitudo, Xenophon de agro.

Πλατυάζοντες,patulo ore pronuntiantes,vel canentes, vt Dores propter frequentem α literæ vſum.

Πλατυγάστωρ,qui eſt amplo ventre.

Πλατυγάστωρ,idem,qui eſt aluo ampliore.

Πλατυγίζω,μ.ίσω,π.ικα,papaueris folium (quod platagonium dicitur) ſiniſtra teneo, atque dextra percutio, & inde ſonum elicio: qui amantium ludus erat. Item remo mare percutio & turbo, Ariſtoph. Accipitur & pro eo quod eſt arrogãs ſum & ſuperbio, τοῖς πλούτοις κρέω, πλατυγίζομαι.

Πλατύγλωσσος,&

Πλατύγλωττος, cui lingua eſt lata, Ariſtot.lib.8.Anim.

Πλατύκαρπον πράσον, porrum platicarpon, i. lati ſeminis aut fructus, Marcell.lib.3.Dioſc.cap.161.idem Marcell.putat pro capitato porro accipiendum.

Πλατύκλαδος, qui latis eſt ramulis, Dioſcorides libro quarto,capite 276.

Πλατύκαυλος,laticaulis.

Πλατύκερκος,cui cauda eſt plana,ampla & lata.

Πλατυκέρως,ερωτος,ὁ,Platyceros,lib.2.Dioſcor.cap.88. ſic Hermol. caprea, quam à latitudine cornuum platycerota dicunt,Marcellus.

Πλατύνω,μ.υνῶ,π.υκα, dilato, duco, latius duco, μηκύνω,amplifico,extendo,ἐκτείνω. Actiu. Alexand.Aphrod. πλατύνειν τὸ διάλειμμα, amplam habere intermiſſionem.

Πλατυόφθαλμον,platyophthamon dicitur,quod & στίμμι,i.ſtibium,Dioſc.lib.5,cap.91.

Πλατύρυγχος,cui roſtrum eſt latum. τὰ πλατύρυγχα,quę ſunt lato roſtro.

Πλατὺς,έος,ὁ,latus,vber,magnus,amplus,patens,patulus.priori breui in Epigram. πλατὺς γέλως, effuſus riſus, Syneſ. Sophocles,ἡ γὰρ οἱ πλατεῖς οὐδ' εὐρυνῶτοι φῶτες ἀσφαλέστατοι,homines lati & profundi. πλατεῖα χεὶρ,aperta aut diſtenta manus, Dioſcorides lib.5,cap.81. πλατεῖα πύλη, lata porta. πλατείαις πεπληγμένος,ſub.χερσὶ, Ariſtoph. αἰπόλια πλατέ' αἰγῶν,Odyſſ.ξ.

Πλατύσημος ἐσθὴς,tunica quæ Latinis latus clauus dicitur. Inſigne autē erat,ſenatúmque ab equite diſtinguebat.Liuio tunica palmata, à latitudine clauorum dicitur,Bayf.de Re veſt.

Πλατυσμὸς,latitudo,diſtentio,Dioſcor.lib.5,cap.13.

Πλατύστομος,ampli oris,oris patuli,lati oris,qui fauces latas habet.

Πλατυχαίτας,ὁ,apud Bœotios, qui domum aut agrum propè habet.

Πλατύφυλλον,latifolium,Gaza libr. 6, cap. 6. hiſtoriæ plantar. Theophr.

Πλατύφυλλος,latifolia,ſpecies quercus,lib.3.hiſt. plãt. cap. 9: ſed cap.10. exponitur æſculus.

Πλατύφυλλος, ampla folia habens & lata. πλατύφυλλος δάφνη,laurus latifolia, Interpr. Dioſcorid. lib.1,cap.50. πλατύφυλλος τιθύμαλος,latifolius tithymalus: à latitudine foliorum,Dioſc.lib.4,cap.255,& cap.261.

Πλατυώνυχος,ου,latos vngues habens: aliàs per ο ſcribitur in antepenultima. Hoc Plato definitioni hominis adiecit contra irriſionem Diogenis, Laertius lib.7.in Diogene Cynico.

Πλάτων,vaſculum æneum,quo lacte coagulato ſerum exhauritur.

Πλάτων ὁ κωμικὸς, Plato Comicus, Plutarch. in Themiſtocle,& in Alcibiade.

Πλάτων ὁ θεῖος, diuinus Plato,ſcilicet philoſophus,Idem in Pericle.

Πλατωνικὸς, Platonicus,in Epigr.

Πλατωνὶς μοῦσα, Ibidem.

Πλαχθεὶς, vagatus, πλανηθεὶς, Homer.Odyſſ.

Πλέας,pro πλείονας, Hom.Iliad.β, πλέονας ἐγώ φημι πλέας ἔμμεναι υἷας Ἀχαιῶν Τρώων, Plures Troianis.

Πλεγγὶς,ίδος,ἡ,vas olearium,ſtrigil.

Πλέγδην,intextè,tenaciter.

Πλέγμα,ατος,τὸ,rete omne textum,crines intorti, textura, inuolucrum, volumen, calathus,caniſtrum. πλεγμάτων συνθέσεις καὶ τριχῶν βαφαὶ, Chryſoſtomus περὶ ἱερωσύνης. ἐν πλέγμασι,in tortis capillis, Paulus cap.2. Epiſtolæ primæ ad Timoth.

Πλεγματεύω,implico.

Πλεγμάτια,τὰ,implicamenta, Gaza ex Ariſtot. lib.4. de partib. Anim.cap.9, loquens de iis quæ Medici antiqui in digitis indere ſolebant.

Πλέες,pro πλέονες,plures: vt πλέας pro πλέονας.

Πλεθριαῖον,ου,τὸ,genus menſuræ. Accipitur etiam Adiectiuè ὁ πλεθριαῖος,ἡ πλεθριαία,καὶ τὸ πλεθριαῖον,pro magnitudine vnius iugeris,quaſi dixeris iugeralis.

Πλέθρον,ου,τὸ,iugerum: & eſt menſura centum pedum, Suida authore. Herodotus, αἱ δὲ ἑκατὸν ὄργυιαι δίκαιαι στάδιόν εἰσι ἑξάπλεθρον. Vnde apparet ſextam ſtadii partem eſſe πλέθρον. Inde verbum ἐκπλεθρίζειν, obire quoddam certaminis genus in huiuſmodi terræ mẽſura. Plut. in Camillo, ἐκώλυσεν ὅτε μηδένα πλέθρων πεντακοσίων πλείονα χώραν κεκτῆσθαι: quod Liuius lib.5. primæ Decadis, Tulit hic legem ne quis plus quingenta iugera agri poſſideret. Dicitur & πέλεθρον. Vide Suidam.

Πλεῖ,Imperatiu.pro πλέε,nauiga, Philoſtr.in Heroic.

Πλειάζειν,ἀπὸ τοῦ πλήρης,αἰολικῶς, Etym.

Πλειὰς,άδος,ἡ,Pleias,ſydus in cauda Tauri: dictum vel à πλεῖν,quòd nauigationis tempus oſtendat: vel à πλείονες,quòd Pleiades ſeptem appareant, Etymol. Latinè Vergiliæ vocantur: quas ſeptem facit Plinius cap. 41. lib.2, eáſque in cauda Tauri collocat. Proclus ſex eſſe ſcribit his verbis, οἱ μὲν γὰρ ἐπὶ τῆς οὐρᾶς, ἐπὶ τοῦ τόπου αὐτοῦ κείμενοι ἀστέρες, τὸν ἀριθμὸν ἕξ, καλοῦνται πλειάδες. Galen.lib.1.ad Glauc. ἣν μὲν δὴ τοῦ ἔτους τὸ μεταξὺ πλειάδων τε δύσεως καὶ τῆς χειμερινῆς ἰσημερίας. De Vergiliis vide Gell.lib.13,cap.9. Vocatur & πλειὰς poetarum ſeptem numerus, iuxta Iſacium Cæcum in Lycophr. Comment. quorum ſunt iſta nomina, Theocritus, Aratus, Nicãder, Apollonius, Homerus Tragicus, Andromaches Byzantius,& Lycophr.

Πλείη,plena,grauida.

Πλεῖθ,Ionicè,pro πλεῖ,nauiga.

Πλεῖν,Atticè,pro πλέον,plus. Ariſtophanes πολλῷ τοῦτο πλεῖν ἢ μυρίων ἐστ' ἄξιον στατήρων, id eſt, plus mille, id eſt, innumeris dignum eſt ſtateribus. Idem in Pluto, ὧν καταστησόμενοι πλεῖν ἢ μύρια, calcaturi plus decies mille. πλεῖν ἢ δώδεκα, πλεῖν ἢ τριάκοντα, idem Ariſtoph.

Πλεῖον,ονος,τὸ,plus,maior pars,vulgus,adauctũ,redundans,plenũ,maius,μᾶλλον. Homer.Iliad.α, τὸ μὲν πλεῖον πολυάικος πολέμοιο χεῖρες ἐμαὶ διέπουσι, i. maiorem partẽ. Plat.1.de Rep. ὁ ἄδικος τοῦ δικαίου δοκεῖ τί σοι ἂν ἀξιοῦν πλεῖον ἔχειν, plus habere. μὴ πλεῖον ἢ τριάκοντα, non plures vel plura quàm triginta, Plato de Leg. ὀλίγῳ πλεῖον, Xenop. τῷ πλείονι, maiori ex

parte, ſubaudi μέρει, Interpr. Thucydidis. τῷ πλείονι τοῦ ϛρατοῦ, maiore copiarum parte, Thucydid. διὰ πλείονος, & ἐκ πλείονος, ſubaudi χρόνου, aliquandiu, ex longa conſuetudine, diu, iampridem. ἐκ πλείονος, ſub. διαϛήματος. ἐς τὸ πλεῖον, vlterius. ἐπὶ πλεῖον, idem.

Πλεῖος, ου, ὁ, plen⁹, πλέος, γέμων, πλήρης, πεπληρωμένος. in Fœminino πλείη & πλείη. Odyſſ.ο, νηὸς πλείη βιότοιο, nauis referta viatico, & rebus ad victum neceſſariis. Heſiod. ἤματος ἐκ πλείη. Homer. Iliad.β, πλεῖαί τοι χαλκοῦ κλισίαι. πλεῖος, πλήρης.

Πλειότερος, plenior, Etym. πλειοτέρην, in Epigr.

Πλεῖυς, pro πλείονες & πλείονας, plures, pleriq́;, plures numero, numero præſtantes. Heſiod. in Theog. ἐμάχοντο δέκα πλείους ἐνιαυτούς, pugnabant decem plus annis. ἐνὶ πλείους πεπτώκασι τῶν τυῤῥηνῶν ἢ ῥωμαίων, vno plures ex Tyrrhenis quã ex Romanis ceciderunt, Plutarch. in Publicola.

Πλειόδημος, nomen viri proprium, Etym.

Πλειϛάκις, & Πλειϛαχόθεν, ſæpenumero, ſæpiſſimè, quamplurimùm, crebrò, frequenter, ſæpius.

Πλειονεκτάζω, μ. άσω, π. ακα, pluris quàm pareſt aut quàm emi, rem æſtimo, pluris quàm omnes liceor.

Πλειονεκτασμὸς, οῦ, ὁ, iniqua æſtimatio.

Πλειϛῖνος, Pliſtinus, frater Fauſtuli, à quibus educati ſunt Remus & Romulus, Plut. in Romulo.

Πλειϛοβολεῖν, talis ludere, παίζειν ἀϛραγάλοις.

Ψυχροποιητικὸς, algificus, frigorificus, frigus faciens: epitheton febris.

Ψυχροποσία, ας, ἡ, frigida potatio, potus frigid⁹, Athen.

Ψυχροπότης, ὁ, frigidam potans.

Ψύχρος, ου, ὁ, Pſychrus, fluuii nomen.

Ψυχρὸς, οῦ, ὁ, frigidus, frigore torrẽs, gelidus, algidus. ψυχρὸν interdum capitur pro aqua frigida, vt cap. 10. Euãg. Matthæi. ποτήριον ψυχροῦ, poculum frigidæ, ſcilicet aquæ, vt ſubaudiendum ſit ὕδατος: ſic enim loquuntur & Latini, frigida lauat, & frigidam popoſcit. ψυχρὸν πίνειν, frigidam bibere, Epictet. ψυχρὸς ὁ εὔριπος, Euripus frigidus, Ariſtot. 9. Animal. ψυχρὸς χαλκὸς, Homer. Iliad. frigidũ ferrum, id eſt, lethale & mortiferum. ψυχρὸς καὶ δύσκολος βίος, Ariſtophan. vita frigida, id eſt, ταλαίπωρος ſeu ἀηδής. ψυχρὸς etiam pro abſurdo ponitur, nec plauſu excipiendo, ſicut frigidus Latinè. aliquando pro imbecilli.

Ψυχρότης, ητος, ἡ, frigus, rigor. Et ſocordia, Ariſtotel. in Prædicam. Vſurpatur etiam eo modo quo frigus Latinis, quum pro riſu & gratia vel fauore ſperato res in diuerſum exiit.

Ψύχω, μ. ύξω, π. υχα, priori longa, τὸ ψυχάζω, frigefacio, poſt calorem recreo, refrigero, ventum facio, ſicco, Act. Accuſat. ψυχόμενα, ſicceſcentia, Plutarc. in Themiſtocle. Ariſtoph. περιψυχεῖσαι προσέφυσαν ἐμβάδες, id eſt, refrigeratæ adnata ſunt calceamenta. Interpres tamen ψυχεῖσαι exponit ξηρανθεῖσαι. Compoſitum huius eſt ἀναψύχω.

Ψύχωσις, animatio, vita. Pythagoras de deo loquens, πάντων πατὴρ, νοῦς καὶ ψύχωσις, &c. τὴν ζώων ψύχωσιν, animaliũ refrigerium, Nazanz. in Orat. ſic Moſellan.

Ψῶ, vox ruſticorum apud Iones. Item verbum pro tango, attenuo, ſcindo, vro.

Ψῶα, ας, ἡ, malus odor, Etym.

Ψωδαρίον, τὸ, ſqualidum, αὐχμηρόν.

Ψώδη, ης, ἡ, lingua.

Ψῶζα, ας, ἡ, malus odor, Etym.

Ψώθιον, ου, τὸ, pars ima panis, inferior panis cruſta, & mica aut cruſtula panis nimium aſſati, quod & ἀπάνθρακες, Euſtathius.

Ψωΐα, ἡ, putris, maleolentia.

Ψωΐζος, liquidum excrementum, fœtor, ſitus, inquinamentum.

Ψωΐτης μύελος, ſpinalis medulla, quæ & νωτιαῖος, & ῥαχίτης apud Galenum, lib. 5. de locis affectis.

Ψωλὴ, ῆς, ἡ, mentula.

Ψωλίκυθος, ου, ὁ, nulla re dignus.

Ψωλὸς, οῦ, ὁ, ſine præputio, hernioſus, circunciſus, appella, recutitus, verpus. Ariſtop. in Pluto, οἴμοι καὶ ψωλὸν αὐτὸν ... : vnde ἀποψωλημένος ibidem pro eodem. Item vſtus, torris, titio, fax ardens, apud Euſtath.

Ψώμιξ, κος, vermiculus, ſegetis radices depaſcens..

Ψώμιγξ, ιγγος, linteolum, σφίγκωμα, ſtrophium quod carnes à depaſtione defœdationéque culicum tutatur iniectum.

Ψωμίω, ῶ, καὶ Ψωμίζω, μ. ίσω, π. ικα, nõ eſt ſimpliciter nutrio, ſed indulgenter paſco, veluti minutatim inſtipato pane, ac fruſtillatim conciſo cibo: id quod apud nõnullos fit erga eos quibus fauent in conuiuiis, do cibum, alo, σιτίζω, manſum in os inſero, ineſco apud Ariſtoph. Actiu. Accuſat. ψωμίζω σῖτον, fruges indo, panem do edendum, Ariſtot. 8. Animal. τίς ἡμᾶς ψωμιεῖ κρέα; quis nobis carnes dabit ad veſcendum? cap. 11. Numer.

Ψωμίον, ου, τὸ, buccella, offula panis intincta iuri, Laert. in Diogen. ſic Euang. Ioann. cap. 13. de Iuda.

Ψώμισμα, ατος, τὸ, nutritio, cibus, mica panis. Plutarch. refert in Romulo aues tuliſſe infantibus expoſitis ψωμίσματα.

Ψωμοκόλακες, οἱ, paraſiti.

Ψωμόλοιδρος, vorax, πολυφάγος.

Ψωμοποιὸς, ὁ, faciendi iuris artifex.

Ψωμὸς, οῦ, ὁ, maſſa panis, fruſtum, ἄκολος, buccella, turunda, quaſi βλωμὸς: à verbo βλώσκειν διὰ τοῦ λαιμοῦ, ὅ ἐστι κατέρχεσθαι. vide Interpr. Apollon.

Ψώρα, ας, ἡ, ſcabies non omninò diſſimilis lepræ, niſi quod ψώρα magis in ſumma pelle verſetur, lepra verò altius penetret. ψώρα, proprium ſcabiei gen⁹ dicitur à Paulo AEgineta, corporis ſummam cutẽ varia eroſione depaſcẽs, furfuroſáque magis quàm ſquamoſa ex ſe remittens. vide apud Marcell. lib. 1. Dioſcor. Ponitur etiam pro morbo arborum apud Theophr. 4. hiſtor. plant. Eſt & ψώρα beſtiola quæ in lychnos ardentes inuehitur, dicta pyrauſta alio nomine, & φάλαινα teſte Euſtathio, & Nicandri Scholiaſt.

Ψωραγριῶντες, ſcabiem habentes, cap. 21. Leuit.

Ψωραλέος, ου, ὁ, ſcabioſus.

Ψωρίασις, ψώρα. ψωρίασις κύστεως, ſcabies veſicæ, veſicæ ſcabricia, Dioſcor. lib. 3, cap. 7. ψωριάσεις αἱ ἐπὶ τῶν βλεφάρων, genarum ſcabies, Ruell. pſoras palpebrarum, Hermol. lib. 1. Dioſcor. cap. 133.

Ψωρικαὶ, αἱ, medicamenta contra ſcabiem. ψωρικαὶ ἔμπλαστροι, emplaſtra ſcabiem extenuantia, Dioſcor. l. 2, c. 187. ψωρικαὶ σμήξεις, id eſt, quæ ad exterendas cutis aſperitates & ſcabies conficiuntur, Idem lib. 5, cap. 118.

Ψωρικὸν, τὸ, pſoricum, medicamentum eſt ſic dictum. quod contra ſcabricies & aſperitates cutis, quas pſoras dicunt, vim habeat, Dioſcorid. lib. 5, cap. 108. vbi de eius confectione.

Ψωριῶ, ſcabie laboro, ſcabie infeſtor. ψωριῶσι τὴν κύστιν, veſicæ ſcabie laborantibus, Dioſcorides libro tertio, capite 168.

Ψωρὴ τῇ χρόᾳ, ſcabrum ſcrupuloſum, Dioſcorid. libr. 5, cap. 131.

Ψωρίπαλοι, οἱ, piſciculi viles.

Ψῶρος, παιδιεργός.

Ψωροφθαλμία, oculorum ſcabies, ſcabra lippitudo, palpebrarum prurigo & ſcabies, ſcabrities palpebrarum, Marcell. lib. 1. Dioſcor. cap. 83.

Ψωρώδης, εος, ὁ καὶ ἡ, ſcaber, ſcabidus, ſcabioſus.

Ψῶσαι, calefacere, Ionicè.

Ψῶχος, terra arenoſa.

Ψώχω, μ. ώξω, π. ωχα, confrico, derado, in minutas partes ſeco, tero, attenuo, lauo, polio, commoueo. Actiuum, Accuſatiuo.

Ω Extrema eſt in ordine literarum apud Græcos: vnde pro fine capitur cap. 1. Apocalypſ. Ioannis, ἐγώ εἰμι τὸ α καὶ τὸ ω, ἀρχὴ καὶ τέλος, ego ſum α & ω, principium & finis.

Ω̃ cum circũflexo, Aduerb. eſt Vocandi, & conſtruitur cum Vocat. vt, ὦ φίλη πόλι, ô amice Pole, Gaza lib. 4. Grammat. ὦ οὗτος, heus tu, Nazanz. ὦ ἡράκλεις, i. papæ, admirantis eſt. Plato 1. de Republ. αὐτοῦ χαρίεν τι μάλα σαρδόνιον, καὶ εἶπεν ὦ ἡράκλεις, ἔφη, &c. ὦ ζ[illegible] τῆς λεπτότητος τῶν φρενῶν, ô ſubtilitatem mentium, Ariſtophan. in Nubibus. Idem ibidem, ὦ γῆ τοῦ φθέγματος, ô qualẽ vocem, ô vocem admirandam.

Ω' cum acuto dolendi, & ponitur ſine caſu. Gregor. ὢ πῶς ἐρημίας ὀδύρεται τὴν ἡμετέραν σύγχυσιν. ſic Vergil. - ô quæ iam ſatis ima dehiſcat Terra mihi? Interdum cum Genit. vt, ὢ τύχης, ὢ τῆς ἐμῆς ἀθλιότητος. Lucian. ὢ τῆς συμφορᾶς, ô calamitatem. Aliquando eſt admirantis: vt, ὢ πρὸς θεῶν τῆς συμφορᾶς, id eſt, (vt Cicero inquit,) ô dii immortales, rem miſeram & calamitoſam. Gregor. ὢ τοῦ θαύματος, ô rei miraculum. ὢ λαμπροτάτου δώρου, ô præclarum donum, Gaza de Seneƈt. Iũgitur & reƈto, Iulian. ad Liban. ὢ λόγοι, ὢ φρένες. ὢ τάλας ἐγώ, Sophocl. in Aiace. Interdum venit ſubaudiendum. Plato de Repub. 6, ἄπολλον δαιμονίας ὑπερβολῆς, pro ὦ ἄπολλον, Bud. Comment.

Ω̃ ἰδίῳ, ſuo, Homer. Iliad. Item ideò, quapropter, quatenus. ὅπῃ ᾧ ἄν, quoquo modo, Thucy. ἐν ᾧ, quatenus, quandoquidem, inquantum. ἐν ᾧ κρίνεις τὸν ἕτερον, σεαυτὸν κρίνεις, hoc ipſo quòd iudicas alterum, teipſum cõdẽnas, Paulus cap. 2. Epiſt. ad Rom. ἐν ᾧ θαρσοίη, vbicunque nõ timet, Thucyd. ἐν ᾧ, in quo tempore, Xenoph. in OEconom. Pro interim, Bud. in Epiſt. poſter. ἐν ᾧ δὲ ἔρχομαι, ἄλλος πρὸ ἐμοῦ καταβαίνει, interĩ dũ venio, iã alius ante me deſcendit, cap. 5. Euang. Lucæ. ἐν ᾧ ἂν ζῶμεν, tãtiſper dũ viuimus.

Ω̃ δὴ, ea ratione qua.

Ω̃ τᾶν, ô amice, ſocie chariſſime. In vtroque numero inuenitur.

Ω̃, ſum, pro quo ἔω dicunt Iones: vnde τὸ ἐών: ſed inuſitatum vtrunque.

Ω̃, fuero: dicitur & de Præterito, Thucyd.

Ω̃α, ας, ἡ, faſtigiũ. & ὦα, τὰ, domicilia, οἰκήματα, Euſtath.

Ω̃α, α, veſtis, rheno, pellis ouina. Subſcribitur autem ι, quia ab ὄϊς fit, quod ouem ſignificat, ὤα, ora veſtimenti, apud Dauidem in Pſalmis.

Ω'ανάβρος, ὁ, mollis.

Ω̃ας, auris. & ὠάζω, audiam, πύθω.

Ω'βάτης, ου, contribulis.

Ω'βὴ, tribus.

Ω̃ γαθὲ, pro ὦ ἀγαθὲ, ô bone. Xen. ὦ 'γαθὲ, ἔφη, κατάμαθε.

Ω'γῆνος, priſcus deus.

Ω'γενίδαι, καὶ Ω'γενίδες, καὶ Ω'γένιοι, priſci, antiqui: quaſi ab Oceano prognati: quaſi ab ὠγήν.

Ω'γὴ, ἡ, pagus, phalangis pars poſtrema.

Ω'γὴν, Oceanus.

Ω'ζμὸς, clamor fauſtus & ſecundus cum voluntate auxiliũ dandi vel ſuffragiũ, φωνὴ μετὰ τοῦ ἐκβοηθεῖν, ἢ χειροτονίας.

Ω̃γον, aperiebam, Etym.

Ω'γυγία, ἡ, inſula Calypſus: ab Ogygo vetuſtiſſimo Thebanorum rege. ὠγυγίη πέτρη, id eſt, antiquã, Dionyſius de Situ orbis.

Ω'γύγιον, priſcum, antiquum. vide in Chiliad. Eraſmi, Ogygia mala.

Ω'γυγος, ὁ, rex antiquus Thebanorum: à quo portæ Ogygiæ diƈtæ ſunt.

Ω̃γυρις, ſtagnum.

Ω̃ζε, olui: ab ὄζω.

Ω̃δε, hic, ἐνταῦθα, huc. Cum verbo motus ad locum, vt cap. 9. Aƈtor. Apoſt. ὃ δὲ ἐλήλυθε, huc venit, &c. ὧδε δεῦρο, Ariſtoph. puto poni, ἐκ τοῦ ὀφθαλμοῦ. Item οὕτως, adeò, ſic hoc modo, ὧδε εἰπεῖν, vt ſic dicam, vt breuiter dicam. Homer. Iliad. α, ἐριδαίνετον ὧδε, ita contenditis. Item hoc tempore, nunc, Etym.

Ω̃δε δὴ, pro ὧδε. Homer. Iliad. β, σοὶ δὲ μάλιστ' ἐπιτέλλομαι ὧδε ῥέξαι, id eſt, ſic facere.

Ω̃δε κἀκεῖσε, huc & illuc.

Ω̃δει, tumuit: à verbo οἰδέω. Volaterr. reddit, Odyſſ. ε, doluit.

Ω'δεῖον, ου, τὸ, locus vbi cãtatur, locus choro & ſymphoniacis deſtinatus, Cælius lib. 15, cap. 12. Locus in theatri formam coaƈtus, in quo poematia ſua recitabant rhapſodi & poetæ periculum faƈturi poſſentne aures illa iudicum ſuſtinere. Huiuſmodi theatrum fabrefaciendum curauit Pericles, vt refert Plutar. in Pericle.

Ω'δέπως, ſic, quodãmodo, iſto modo, hoc modo, ad hũc ferè modum. Xenoph. ὧδέ πως λέγων, in hunc modũ, quantum ego memini, dicens.

Ω'δὴ, ῆς, ἡ, cantio, cantilena, modulus, cantiuncula, cãticũ, cantus: ab ἀοιδὴ, α & ο, mutatis in ῳ cum ι ſubſcripto, ᾠδὴ etiam, ode, pars Comœdiæ, qua deorum potiſſimum laudes decantantur. στροφὴ etiam dicitur.

Ω'δί πως, ſic, hoc modo, hoc paƈto, hac ratione, hunc in modum.

Ω'δικὸς, ῆ, ὸ, canorus.

Ω'δικώτερον, canorius.

Ω'δὶν, ῖνος, ἡ, dolor partus pro fœtu, in Epigram.

Ω'δινηρῶς τίκτει, parit ſummo cum dolore, Ariſtot.

Ω'δίνω, μ. ινῶ, doleo in partu, doloribus partus tentor, parturio, pario, Euripid. in Iph. in Aul. σφὶν ὠδίνουσ' ἐμὲ, νῦν δ' ἀντίπαιδ' ὠδῖνα τήνδε λαμβάνει. Idem in Hippolyto ſimpliciter pro doleo. τὸ δ' ἐφ' ἑτέρων μίαν ὠδίνειν ψυχὴν, χαλεπὸν βάρος. Sophocl. καὶ μὴν θυραῖος, ὥστε μ' ὠδίνειν, vt ego doleã. Interdum pro tumeo.

Ω'δὶς, ῖνος, ἡ, vexatio partus, parturigo, dolor parturientis, tempus parturiendi: capitur etiam ſimpliciter pro dolore ſtimulo, aculeo. Plato in Epiſt. ποῖόν τι τοῦτ' ἐστιν τὸ ἐρώτημα, ὃ πάντων αἴτιόν ἐστι, μᾶλλον δὲ ἡ περὶ τούτου ὠδὶς, ἐν τῇ ψυχῇ ἐγγιγνομένη, &c. τὰς ὠδῖνας τοῦ θανάτου, dolores mortis, capite 2. Aƈtor. Apoſt. de Chriſto. ταραχθήσονται καὶ ὠδῖνας ἕξουσιν ἀπὸ προσώπου σου, terrebuntur, & more parturientium contremiſcent, & dolore tenebũtur à conſpeƈtu tuo, capite 2. Deuterom.

Ω'δόδα, ſpiraui, in Epigram. dicitur & ὄδωδα.

Ω'δὸς, ἀοιδὸς, cantor. οἱ ᾠδοὶ, cantatores, capite 11, libri 4. Regum.

Ω'δύζομαι, iraſcor, doleo, ἄχθομαι.

Ω'ὴ, Aduerbium dolentis.

Ω̃ετο, putauit, ſuſpicabatur.

Ω̃ζειν, clamare, admirari, cum admiratione ô exclamare, AEſchyl. Euſtath. Iliad. χ, ὤζειν, θαυμαστικόν τι λέγειν, Ariſtophan. Interpr.

Ω̃ὴ, Aduerb. vocantis, vox clamantis, Euripid.

Ω'ήθην, exiſtimaui: à verbo οἴομαι. ᾠήθης, putaſti, Plato de Legibus. ᾠήθη, putauit, Ariſtot. in Polit. ᾠήθησαν, putauerunt. ᾠήθησαν εἶναι τὴν σκηνὴν, arbitrati ſunt eſſe tentoriũ, Plutar. in Themiſtocle.

Ω'θέομαι, μ. ὤσομαι, vrgeo, pello. Apollon. 2, λίμνης ὤσασθαι, lacu pellere. Item irruo, irrumpo. διὰ θυρῶν ὠσάμενος, per fores irrumpens, impulſis foribus ingreſſus, Plutarch. in Publicola. ὠσάμενοι εἴσω, intro irrumpentes. εἰς χεῖρας ὠθεῖσθαι τοῖς ἐναντίοις, manus cum hoſtibus cõſerere, Idem in Theſeo, ὠθούμενος εἰς τοὺς διώκοντας, in perſequentes irruens, Idẽ in Camillo. ὠθοῦμαι tamen interdum Paſſiuè accipitur. ὠσθεὶς: vnde συνωσθεὶς, Lucia. ὠσθεὶς κατὰ τῆς πέτρας, de petra præcipitatus, Idem in Camillo.

Ω'θέω, ῶ, μ. ὤσω, π. ὦκα. ἀπὸ τοῦ ὄθω ἀχρήστου. ἀόρ. α, ἔωσα: vnde ἐξώσαι, καὶ τὰ λοιπά. παθητ. ὠθοῦμαι, expello, impello, intrudo, adigo, διώκω, vrgeo, moueo, ἀπελαύνω, ἐκβάλλω, deiicio, deturbo, impreſſionem do (vt dixit Liuius) pungo, obiicio. ὀθεῖς ἀθέλω, Sophocl. id eſt, ῥηθεὶς ὠθεῖς ἐμποιῶν τὰ στίγματα, ad

τι, ad res agendas præceps ruit. ὠθῶ ἐπὶ κεφαλὴν, per caput impingo.

Ὤθισις, expulſio, Alexand. Aphrod. lib. 1. Probl.

Ὠθίζεσθαι, dicuntur qui conferta turba conflictantur, vel in prætoriis, & ædibus magiſtratuum ſummam reip. tenentium, Syneſ. πυλαιμάχοι, & Luciano. Et idem, βαβαὶ ὡς πλήρης μὲν ἡ αὐλὴ ὠθιζομένων, &c. audito præconio præmium pronuntiante. Quoniam verò in huiuſmodi protruſione & nixu conflictante ſolent homines interdum altercari & rixari, ideò factum eſt vt ꝓ diſcrepare & verbis contendere ponatur, & in vnā ſententiam conuenire non poſſe. ὠθιζομένων αὐτῶν, his concertantib⁹, Herodot. ponitur etiam pro irruere & irrumpere in locum periculoſum, Gregor. 2. contra Iulian. & apud eundem, πρὸς τὸ ξίφος ὠθίζεσθαι, id eſt, in gladiū vel venabulum ſeſe obtrudere, in aduerſum mucronem obniti.

Ὠθίζω, vexo, concutio, violenter tracto, Bud. Comm.

Ὠθισμὸς, οῦ, ὁ, impulſio, propulſio, & turbulenta altercatio inter ſe diſcrepantium, Lucian. Gregor. pro conflictatione plebis miſcellaneæ poſuit. de pugilibus propriè dicitur qui antagoniſtam deiicere moliuntur.

Ὤθομαι, & ὤθω, μ. ὤσω, π. ὦκα, idem quod ὠθοῦμαι, & ὠθῶ: vnde ὦσε κατὰ τῆς σφαγῆς, pugione confodit. ὦσεν αὐτὸν ὠπίσω κατὰ τῆς πέτρας, eum per petram dedit præcipitem, Plutarchus in Camillo.

Ὤϊα, fimbria, extremitas, pellis ouina, moleſtia.

Ὤϊγνυντο, patebant. Iliad. ς. πᾶσαι δ' ὤϊγνυντο πύλαι, id eſt aperiebantur, id eſt, ἀνώγνυντο: ab οἴγνυμι, aperio. ſolutum eſt autem augmentum ω, in ωϊ duas ſyllabas.

Ὤϊετο, apud Homerum Odyſſ. υ, pro moliebatur, meditabatur.

Ὤϊξε, aperuit: ab οἴγω, οἴξω, aperio. Pro releuit. Homer. Odyſſ. de dolio.

Ὠϊσάμην, opinatus ſum., in Epigram.

Ὤϊσθη, ὑπενόησε, Homer. Odyſſ.

Ὤϊχθην, apertus ſum: ab οἴγω.

Ὦκα, pro ὠκέα, ſyncopa, celeriter, ταχέως. Homer. Iliad. α, τὴ δ' ὦκα, &c. id eſt, ὀξέως, σπουδαίως.

Ὠκέα, pro ὠκεῖα, ταχεῖα, cita. Iliad. γ. ὠκεῖα Ἶρις, &c.

Ὠκεανίνη, Oceanitis, Oceani filia. Heſiod. in Theog. τανύσφυρον ὠκεανίνην. poteſt etiam Oceanis dici Latiné.

Ὠκεανῖτις, ιδος, id eſt, filia Oceani. quare malè legitur à quibuſdam in quarto Georgicorum, Oceanides ambæ, quum ſit legendum, Oceanitides ambæ. Nam Oceanus antepenultimam & penultimam corripit.

Ὠκεανὸς, oceanus, mare ambiens orbem terrarum. Oceanus terram omnem ambit aquam immittens & excipiens quęcunque terram irrigant: à celeritate nomen nactus. Eum patrem appellant qui ex humiditate conſtare alique omnia ſuſpicantur. Ariſtot. lib. de mundo, τὸ δὲ πέλαγος τὸ ἔξω τῆς οἰκουμένης ἀτλαντικὸν καλεῖται, καὶ ὁ ὠκεανὸς περιῤῥέων ἡμᾶς. Ariſtoph. dixit ὠκεανῷ ἐν κύπροις. Itē Oceanus Terræ & Cæli filius, Plato in Timęo.

Ὤκει, habitabat.

Ὠκεῖτο, incolebatur.

Ὠκέως, citò, celeriter. Galen. ad Glauc. θερμαίνει ἀθλίων τε καὶ ὠκέως ἐκ τοῦ βάθους ἀναφερομένα, &c.

Ὤκησε, habitauit, Sophocl.

Ὠκίδες, αἱ, inaures.

Ὠκιμβάζω, perturbo, tumultuor, milito.

Ὠκίμινον μύρον, ociminum vnguentum, id eſt, ex ocimo confectum, Dioſcor. lib. 1, cap. 67. vide ibidem quomodo fiat.

Ὠκιμοειδὲς, ocimoides herba, de qua Dioſcor. libr. 4, cap. 29: ſic dicta, quòd ocimo folia ſimilia habeat. dicitur & ocimaſtrum, id eſt, ſylueſtre ocimum.

Ὤκιμον, ocimum, genus herbę, Dioſcor. lib. 2, cap. 174. vim habet ad rumpendas cruſtas quæ cauterio fiunt, Galen. lib. 2. ad Glauc. Ocimon à Iano Laſcare dicitur baſiliſcus.

Ὠκιμώδης, ocimum referens.

Ὤκιστα, velociſſimé.

Ὤκιστος, η, ον, velociſſimus.

Ὠκίων, velocior, vt ταχίων per ι.

Ὤκτειρε, miſertus eſt: ab οἰκτείρω.

Ὠκύαλος, ὁ, ἡ, velox in mari, ταχύαλος. epithet. nauis. Odyſſ. ο, ὠκύαλον νηῦ, id eſt, ταχεῖα, ὠκεῖα.

Ὠκυβόλος, pernix, Gaza ex Ariſtot. de aquila, quę λαγοφόνος dicitur. Item celeriter feriens. ὠκυβόλους χεῖρας, in Epigram. ὠκυβόλων ἰῶν, ſagittarum pernicium, Ibidem.

Ὠκυδάκτωρ ῥίνη, in Epigram. lima citò mordens,

Ὠκυεπὴς, celeriter loquens, in Epigram.

Ὠκύθοον, τὸ, trifolium herba: à naſcendi celeritate, vt videtur, ducto nomine.

Ὠκύθοος, rapidus, celer, Laſcar. in Epigram.

Ὠκύμολος, ὁ, ἡ, ſtatim proficiſcens.

Ὤκυμον, ου, τὸ, ocymum herba: à celeritate naſcendi ſic appellata.

Ὠκύμορος, ὁ, citò periturus, ταχυθάνατος. Iliad. α, ὠκύμορος καὶ ὀϊζυρὸς περὶ πάντων. Item citò afferens perniciem.

Ὠκύνω, accelero, ὀξύνω.

Ὠκυπέτης, ου, ὁ, ταχέως πετόμενος, celeriter volans. Heſiod. ὠκυπέτης ἵρηξ. & ἡ ὠκυπέτη, vna Harpyarū, Idem in Theog.

Ὠκυπόδης, velox, ταχὺς, in Epigram.

Ὠκυπόρου νεὼς, Euripid. nauis citæ.

Ὠκύπορος, fluuii aut nauis epithet. quòd celeriter vel rapidè feratur. Odyſſ. ξ, ὠκυπόροισι νέεσσι, id eſt, ναυσὶ ταχέως πλεούσαις, ταχείαις.

Ὠκύπους, οδος, ὁ, καὶ ἡ, celer pedes. Heſiod. ἵπποις ὠκυπόδεσσι.

Ὠκύπτερα, τὰ, pennæ veloces. Apoll. 2, ὠκύπτερα πάλλεν, alas quatiebat ſeu pennas.

Ὠκυπτερὴς, οῦ, ὁ, celeriter volans, pernix.

Ὠκύῤῥοος, celeriter fluens. Iliad. ε, ποταμῷ ἔπι ὠκυῤῥόῳ, id eſt, ταχέως ῥέοντι. dicitur & ὠκυρόης ποταμὸς, 2. Argon. Apollon. ὠκυρόην Θερμώδοντα, in Epigram.

Ὠκὺς, έος, ὁ, citus, ὀξὺς, ταχύς. cuius Comparat. & Superlat. ὠκίων, ὤκιστος. & ὠκύτερος ὠκύτατος vt docet Gaza: vnde ocyus apud Latinos, inquit Seruius.

Ὠκύτης, ητος, ἡ, agilitas, celeritas.

Ὠκυτόκιον, τὸ, celeritas partus, Gaza. medicamentū partum accelerans, Dioſcor. lib. 4, cap. 15. | Eſt etiam liber quidam ſic vocatus apud Suidam.

Ὠκυτόκιος, ad partus celeritatem conferens, Dioſcor. lib. 5, cap. 165.

* Ὠκυτοκίη, partus celeris facilitas, facile puerperium, Herodot.

Ὦλαξ, pro αὖλαξ, ſulcus: vnde ὁμώλακες, id eſt, finitimi, ὅμοροι.

Ὠλέκρανον, ὁ ἀγκὼν, Suid. Ariſtot. tamen libr. 1. Animal. ait ὠλέκρανον partem eſſe τοῦ ἀγκῶνος. gibber transfertur à Gaza, & lacertus ibidem. ἀγκὼν πῆχυς ἔσχατον κατὰ τὸ ὠλέκρανον, Ariſtot. 1. Animal. brachium ad gibberum appellatū inflectitur. Item ὠλέκρανον, ὁ ἀγκὼν, apud Heſych.

Ὠλένη, ης, ὁ, ἡ,

Ὠλένος, ου, ὁ, vlna, palma, cubitus, αἱ χεῖρες, manus. ἐπὶ τοῦ δὲ αὐτοῦ ὀλοῦσθαι ταῖς πράξεσι, τουτέστι πληγοῦσθαι.

Ὤλεσα, perdidi: vnde ἀπώλεσα.

Ὠλεσίθυμος, ου, ὁ καὶ ἡ, qui obeſt animo, noxius animo.

Ὠλεσίκαρπος, epithet. ſalicum, vel quòd fructus citò amittat, vel quòd ſteriles faciat fructus epotus. ὠλεσίκαρπος ἰτέα, ſalix frugiperdix, Theophr. lib. 3. hiſtor. plant. ὠλεσίκαρπον γένος, frugiperde genus, Gaza lib. ſecundo, cap. 13. de cauſis plant. Theophr.

Ὠλίγικοι, οἱ, nepotes, decoctores, aſoti.

ὠλίγη, ἡ, minima. Ponunt Attici & pro nictatione, & pro palpebrarum rugis. ſignificat & flatum, & exilem ſpiritum, & vmbram, Etym.

ὠλίγος, ὁ, paucus, Etym.

ὤλισθον, lapſus ſum, in Epigr.

ὤλετο, periit, in Epigram.

Ω῏λλος, pro ὁ ἄλλος, alius. & τ' ἄλλα apud Apollon. cuius Interpres, Talis, inquit συναλοιφὴ, recentioris Iadis, id eſt, Ionicæ linguæ, eſt. non enim ea vſus eſt Homer.

Ω῏λξ, ſulcus, pro eo magis in vſu eſt αὖλαξ. ὦλκα, ſulcum, in Trag. Gregor. Nazanz.

Ω᾿λόκρανον, τὸ, gibber, pars corporis.

Ω᾿λύγιος, malus, obſcurus, arduus, aſper, acutus, longus, magnus.

Ω῏ λῷστε, pro ὦ λῷστε, id eſt, ὦ βέλτιστε, ô optime, Suid.

Ω᾿μαδὶς, in humeris.

Ω᾿μαλδὶς, τὸ, vlcus ante tempus in cicatrice inductum.

Ω᾿μαχθὴς, ἐος, ὁ καὶ ἡ, humeris grauis, onus humeris imponens.

Ω᾿μβρος, ν, ὁ, malus, miſer.

Ω᾿μήλυσις, ordeacea polenta ſiue farina, in vniuerſum omnis farina cruda nulla re alia admixta. differt ab ἄλφιτον, id eſt, polenta quæ ex ordeo fiebat. Dicitur & ὠμὴ λύσις, diuiſim. τὰ δ' ὠμῆς λύσεως, id eſt, malagmata quæ cõfecta ſunt ex cruda farina ordei. διαφορεῖ καὶ φύματα μετ' ὠμῆς λύσεως λεῖον ἐπιτεθέν. Dioſcor. lib. 3, cap. 29. tritum cum farina ordeacea, decoctúq; tubercula diſcutit, Ruel. & Barbar. cum farina ordeacea, quæ hydrelæo ſubacta fuerit, Marcell. σὺν ὠμῇ λύσει, cũ farina ordei, cũ farina ordeacea hydrelęo ſubacta, Dioſcor. lib. 2, cap. 207. εἰς τὰς ὠμηλύσεις μίγνυται, emplaſtris farinæ ordeaceæ adiicitur, cum ordeacea farina cataplaſmati miſcetur, malagmatis quæ farina ordeacea & hydrelæo conficiũtur, additur, Marcell. lib. 1. Dioſcor. cap. 184. Item lib. 2. eiuſdem, cap. 101.

Ω῎μην, credebam, putabam: ab ὤμαι. Xenoph. ἐγὼ μὲν ᾤμην, &c. ſic Plato & Ariſtoph.

Ω᾿μήρησε, contigit, concurrit, obuiauit.

Ω᾿μηστὶ, crudeliter.

Ω᾿μηστὴς, οῦ, ὁ, crudelis, efferatus, ſęuus, cruda comedens, crudis veſcẽs. & de rationalibus potius quàm irrationalibus dicitur. ὠμηστὴς θήρ, lib. 2. Epigr. & αἰετὸς ὠμηστὴς, libr. 2. Apollon. & ὠμηστὴς ὄφις, Heſiod.

Ω᾿μηστὴς Διόνυσος, Omeſtes Dionyſius, Bacchi cognomen, cui Themiſtocles in naui prætoria iuſſu vatis tres captiuos adoleſcentes immolauit, Plutar. in Themiſt.

Ω᾿μηρὸς, οῦ, ὁ καὶ ἡ, crudelis.

Ω᾿μιαία, ἡ, humerarius neruus, vt Gaza vertit in Ariſtotele.

Ω᾿μίας, qui repandis eſt humeris, ἀμφίκυρτος.

Ω῎μιζος, ὁ, pauper.

Ω᾿μίζω, μ. ίσω, π. ικα, excludo.

Ω᾿μίλει, τὸ ἐπὶ σχῆμα, conuerſabatur.

Ω᾿μιλλα, ludi genus quoddam in gyrum ſeu foueam agitata nux, ſi immanſerit, victoria paratur, Suid.

Ω᾿μίον, in Epigram. humerulus.

Ω᾿μμένος, vitius.

Ω᾿μοβοΐνη, crudum bouis corium, Herodot.

Ω᾿μοβοΐνων δερμάτων, crudarũ pelliũ bouinarũ, Herodot.

Ω᾿μοβόϊνος, ου, καὶ ὠμοβόϊος, ου, ὁ, è crudo bouis tergore, ex pelle bubula cruda factus. Sic vocant eos qui in prima iam ſenectute ſunt.

Ω᾿μοβόρος, ὁ, ὠμοφάγος, ὠμηστής. δυάδες ὠμοβόροι, Apollon.

* Ω᾿μόβυρσος, apud Plutar. ...

Ω᾿μογέρων, qui immaturè caneſcit, vel cui iã ſeneſcenti nondũ caneſcũt capilli, vietus & validus ſenex, cui cruda viridiſq; ſenectus. ὠμογέροντες dicuntur quibus adhuc viridis eſt ſenectus., qui in prima ſũt ſenectute, id eſt, αὐθαὶς ... τῆς ἡλικίας, Bud. Comment. in Epiſt.

Ω᾿μοδακτὸν, quod crudum abſumitur lancinatúrque.

Ω᾿μοδάϊκτος, dilaniatus.

Ω᾿μοδέλικτος, οῦ, ὁ, crudus, ὠμός.

Ω᾿μοθετέω, μ. ήσω, π. ηκα, humeris impono, cruda pono, Actiu. Accuſat. ὠμοθετεῖν, crudas carnes ex ſingulis victimæ membris carptas aris imponere: ab ὠμὸς crudus, vel ab ὦμος, quòd ab humeris decerpere eas incipiebant. Homer. Iliad. α, μηρούς τ' ἐξέταμον, κατά τε κνίσῃ ἐκάλυψαν, δίπτυχα ποιήσαντες, ἐπ' αὐτῶν δ' ὠμοθέτησαν, &c. id eſt, ὠμὰ τὰ κρέα τῶν ζωιῶν ἀπὸ ἑκάστου μέρους λαβόντες ἐπέθηκαν, vel ἐπ' αὐτῶν ὠμὰ τῶν ἱερείων ἀπαρξάμενοι ἐκόψαν μικρὸν ἀπὸ παντὸς μέρους, καὶ ἐπιθέντες ... τὰ μηρία, ὡς ... τὰ μέλη τῶν ἱερείων καρποῦσθαι. Idem Homer. Odyſſ. ξ, ὁ δ' ὠμοθετεῖτο συβώτης πάντοθεν ἀρχόμενος μελέων, ἐς πίονα δημὸν, id eſt, ὠμὰ ὄντα τὰ κρέα ἀπήρχετο τοῖς θεοῖς, cruda membratim ad pingue vſque ponebat.

Ω᾿μόθυμος, id eſt, σκληρόθυμος, ſæuus, crudelis. Sophocl. in Aiace, τὸν ὠμόθυμον εἴ ποτε πλαζόμενον ... &c.

Ω῎μοι, pro οἴμοι, φεῦ μοι, hei mihi, heu indignãtis Aduerb. & dolentis. Genit. iungitur. Apollon. Rhod. lib. 1. Arg. ὤμοι ἐμῆς ἄτης, ô meam calamitatem. Et Ariſtoph. ... ὤμοι σοφίας ... Iungitur etiam Nominat. Odyſſ. ε, ὤμοι ἐγὼ δειλὸς, heu me miſerum. Ariſtop. in Pluto, ὤμοι τάλας, ô me miſerum. pro eodem dicitur οἴμοι κακοδαίμων ab eodẽ. Interdum cum Vocat. vt Iliad. α, ὤμοι ἀναιδείην ἐπιειμένε. ἔστι δὲ ἀναφώνημα καὶ ἐπίρρημα λύπης δηλωτικὸν inquit Interpres ibidem, Terent. in Eunucho, Ph. I intro, Dor. hoi, hei. Sophocles in Aiace cum Nominat. dixit ὤμοι τάλαινα, ô me miſeram. Ibidem cum Genit. ὤμοι βαρείας ἄρα τῆς ἐμῆς τύχης.

Ω᾿μιαία, ἡ, vel potius ὠμιαία, humerarius neruus, ſic dictus, Ariſtot. 3. Animal.

Ω᾿μιαῖος, ου, ὁ, humerarius.

Ω῎μοιος, AEolicè, pro ὅμοιος, ſimilis.

* Ω᾿μοκοτύλη, humeri acetabulum.

Ω᾿μοκρατὴς, ἐος, ὁ καὶ ἡ, fortis humeros. Sophocl. ὠμοκρατὴς ἄλας, &c. id eſt, ὁ ἐν τοῖς ὤμοις τὸ κράτος ἔχων, ἢ ὁ ὑπὸ ὠμότητος κρατηθείς.

Ω᾿μοκυδιᾶν, ob latitudinem humerorum, & bonam corporis habitudinem ſuperbire.

Ω᾿μόλινον, ου, τὸ, ſudarium tonſorium quod humeris circumponitur, linum crudum, Galen. ad Glauc.

Ω᾿μοπλάται, oſſa duo quæ vtrinque à ceruice ad ſcapulas tendunt: à Latinis operta ſcoptula dicta, Celſ. lib. 1. A Theodoro in Ariſtot. vertuntur ſcapulę.

Ω᾿μοργὰς, ὁ, & ὠμοργὸς, οῦ, ὁ, durus, acerbus, χαλεπός.

Ω῎μοργε, ſuſpirabat, lugebat.

Ω῏μος, ου, ὁ, humerus, μετάφρενον. ὦμοι, ſcapulæ, Eraſm.

Ω᾿μὸς, ἡ, ὁ, immatur⁹, incoct⁹, crud⁹, acerbus, durus, crudelis, σκληρὸς, immanis, ſæuus, cruentus. Odyſſ. ο, ὃς ὠμῷ γήραϊ θῆκεν, ante tẽpus ſenem reddidit, ... διὰ τὴν λύπην. ἡ ὠμὴ τὸ βούλευμα καὶ μέγα, Thucyd.

Ω᾿μόσιτος, ου, ὁ, cruda comedens.

Ω᾿μοσπάρακτον, τὸ, quod crudum & recens diſcerpitur.

Ω᾿μοτάριχος, ſalſamẽtum: ſic dicitur caro thynni piſcis ſale condita, Dioſcor. lib. 2, cap. 32.

Ω᾿μότατα, crudeliſsimé.

Ω᾿μότης, ητος, ἡ, crudelitas, ἀπανθρωπία. Itẽ cruditas, Dioſc. lib. 3, cap. 2.

Ω᾿μοτοκεῖν, fœtum immaturum parere, abortũ facere. ὠμοτόκησε, abortiuit, cap. 21. Iob.

Ω᾿μοτόκον κλῆμα, pampinus crudiparus, in Epigr.

Ω᾿μοτομέω, μ. ήσω, crudũ necdũ maturũ apoſtemaſeco.

Ω᾿μοτριβὴς, crudus, tritus. ὠμοτριβὲς ἔλαιον, oleum ex nõdum maturis oliuis expreſſum, quod & ὀμφάκινον dicitur, Dioſcorid. lib. 1. cap. 26.

Ω᾿μοτύραννος, crudelis tyrannus, cap. 7. lib. 2. Macchab.

Ω᾿μοφαγία, ας, ἡ, viſceratio.

Ω᾿μοφάγος, ου, ὁ, ὠμόσιτος, crudis veſcens, cruda carne veſcẽs, qui carne alitur, carniuorus, Gaza itẽ ſanguinarius.

Ω᾿μόφορος, idem.

Ω᾿μόφρων, ονος, ὁ, habens crudelem mẽtem, σκληρόθυμος, ferox, crudelis. Sophocl. ... ὠμόφρων, id eſt, gemebas immitis.

Ω᾿μοχάρων, in Epigram. id eſt, crudelis Charon.

Ω᾿μὺς, ἡ, lutaria teſtudo, Ariſtot. 3. de part. Anim. cap. 9. ἀμὺς alibi dicitur.

Ω᾿μωμόκει, iurauerat, Demoſth.

Ω᾿μωμοκότες, οἱ, à Demoſthene dicuntur iudices, quaſi iurati

iurati.

Ω'μωξεν, plorauit: ab οἰμώζω.

Ω'μῶς, crudeliter.

Ω'ν, ens, qui eſt, exiſtens, agitans. ὢν ἀλλαχῆς, Ariſtoph. ὢν πόῤῥω, agens procul. μὴ ὢν, qui nō eſt, vel qui nullus eſt. ἐκ ὢν, & παρὼν oppoſita, Demoſth. ὢν γυναικὸς, &c. υἱὸς, ſ. Ariſtophan. ὢν Participium aliquando ſubauditur, Thucy. lib. 1. ἐκεῖ δημιουργικῶς ὁ ὤν, ens, qui eſt: Dei eſt appellatio, de qua Nazanzen. in Orat. α. ὄντες μᾶλλον, qui ſunt præpotentes. ὄντων οὐδὲν ἄλλο, ἢ ὥσπερ φθάνειν ἐν τῇ παρασκευῇ τοῦ πολέμου, nihil aliud quàm inuicem ſe in apparatu belli præuenire maturantibus, Thucyd.

Ω'ν, Ionicè & Doricè, pro οὖν, igitur. Sæpe apud Herodot. non ſolùm παρέλκει, ſed etiam inter Præpoſit. & Verbum compoſitum interponitur, vt lib. 2. οἱ δὲ φέροντες εἰς τὴν ἀγορὴν ἀπ' ὦν ἔδοντο, ἀντὶ τοῦ ἀπέδοντο, Bud. Comment.

Ω'ν ἕνεκα καὶ πάνυ ὀργίζεσθαι, apud Lyſ. pro ὑπὲρ ὧν. Sic ὧν ἕνεκεν ὀργὴν ἔχει, apud eundem, Bud. Comment. ἀνάγκασμα γὰρ ἦν ἀμύνασθαι ὧν ἔπαθον, per ſpeciem reddendæ calamitatis quam paſſi erant, Thucyd. vbi Interp. ὧν ἔπαθον, λείπει ὑπὲρ, ἵν' ᾖ, ὑπὲρ ὧν.

Ω'νάμην, ὤνασο, ὤνατο, πάντα ἄδηλα διὰ τοῦ α. τὰ γὰρ ἀρχαῖα διὰ τοῦ η, ὠνήμην, ὤνησο, ὤνητο, ἐκ τοῦ ὄνημι. vide ὠνήμην.

Ω'ναξ, pro ὦ ἄναξ, ô rex, ô domine, ô Deus. Sophocl. οἴκτειρε δ' ὦ 'ναξ παῖδα τὸν σὸν, miſerere ô here filii tui.

Ω'ναρος, Onarus, ſacerdos Bacchi, Plutar. in Theſ.

Ω'νδρες, pro ὦ ἄνδρες, Ariſtoph.

Ω'νειρωγμὸς, inſomnium.

Ω'νέομαι, μ. ὠνήσομαι, π. ἐώνημαι, emo. Depon. Accuſat. vel Genit. qui partem rei ſignificat. ὠνήσομαι σοῦ τοῦτο. Sunt qui dicāt διὰ Præpoſitionem intelligi, Gaza lib. 4. ὠνοῦμαι ψυχῆς, vita emo, Ariſtot. 5. Politic. τὰ χρῆσα τοῖς φιλτάτοις ὠνούμεθα, rem inuiſam maximè, re chariſſima redimimus. ὠνοῦσι τῷ θανάτῳ τὴν σωτηρίαν, eme ſalutem morte, Nazanz. in Orat. εἰς τὸ ἅγιον πάσχα. ὠνεῖται παρ' αὐτοῦ, ὅπως μὴ ἀπίωσι, &c. Demoſth. ἐωνήθην in Aoriſt. Paſſ. Xenoph. ἐωνήθη δ' ἔρια, lana cōparata eſt. Notandum autem Atticos Plurali numero dicere πριάμενοι non ὠνησάμενοι, vt ſcribit Ariſtoph. Interpr. Ammon. diſtinguit ὠνεῖσθαι ab ἀγοράζειν.

Ω'νερ, pro ὦ ἄνερ.

Ω'νητιάω, μ. άσω, emo.

Ω'νθουν, mouebant & circumagebant, Thucy. à verbo ὠθέω, vt AElian. Dionyſ. annotat. Dictum ab aſinis molem truſatilem agentibus.

Ω'νέω, vendo, fruor.

Ω'νὴ, ῆς, ἡ, emptio, coemptio, ἀγορασία. ὠνὴν ποιεῖσθαι, emere, Plato de Legibus.

Ω'νήμην, emolumentum accepi, adiutus ſum, & ὠνάμην: vtrunq; enim dicitur. ὠνάμην ὅπόσα ἔδει τ' ἀνδρὸς, aſſecutus ſum omnia ea, quibus erat viro opus. hoc exemplum ponitur apud Gazam lib. 4. Grammat. ὠνάμην τοῦτο τῆς λειότητος, Bud. in Epiſt. prior. hoc ſum aſſecutus emolumenti, ex vi tua dicendi. ὄνησιν τοῦτο τῆς σκηνῆς, id emolumenti refers è ſcena. Lucian. in Caucaſo, ὤνησο δήπου μὲν ᾗ ζῇ καὶ τοῦ ... ſου, id eſt, bene tecum actum eſt quòd, &c.

• Ω'νημα, ατος, res empta, Appian.

Ω'νὴρ, vir, pro ὁ ἀνήρ.

Ω'νησας, mecum bene egiſti, iuuiſti, adiuuiſti, demeritus es, Herodot. ὤνησε τὸν σπινθῆρα ἡ λοιδορία, conuiciū conduxit Spurinæ. ὤνησαν, iuuerunt.

Ω'νησις, actio, emptio, ſalus, vtilitas, indignatio.

Ω'νητέος, emendus, Plato de Legibus.

Ω'νητὴς, ῆ, ὁ, emptor, Xenoph.

Ω'νητὸς, ῆ, ὁ, venalis. Iſocrat. cum Genit. δόξα χρημάτων οὐκ ὠνητὴ, fama numis non emitur. ὠνητὰ χρημάτων, quæ pecuniis comparari poſſunt, Chryſoſtom. ἐκ τοῦ ἱερέως. Item emptus, pretio comparatus, mercenarius. Odyſſ. ξ, ἐμὲ δ' ὠνητὴ τέκε μήτηρ, ſerua mater. ἐξ ἀγορασίας δούλη. ὠνητὸς χρήμασι, pecuniis emptus.

Ω'νθρωπος, pro ὦ ἄνθρωπος, Atticé.

Ω'νια, loca opportuna.

Ω'νιος, venalis, πράσιμος, ἄξιος, ὤνιος χρημάτων, Apollon. in Epiſt. αἵματος ὤνιος ἡ ἀρετὴ ὤνια, AEſchin. virtus emitur ſanguine. ψυχῆς ὤνιον μέλι, mel anima comparabile, id eſt, vita, in Epigram. ὤνιόν σοι τοῦτο τὸ ἐν θελήσει μόνον τὸ ἀγαθὸν, Nazanz. εἰς τὸ βάπτισμα. hoc bonum tibi comparari poteſt ſola voluntate. Lucian. εἰσάξειν δὲ χρὴ πολλὰ ὄψα κεκαιριμένα μόνον παρ' αὐτοῖς ὤνια. τὰ ὤνια, res venales, Xenop.

Ω'νος, ῦ, ὁ, pretium, ἀγόρασμα, ἀγορασμὸς, emptio, τιμὴ, ἀλλ' ἄξιον ὤνου ἐκεῖ. pro emptione ibidem, ἐπίμεσθ' ὤνου ἐνδῶσιν. Apollon. 2, ὤνου ἀμείβοντας βιοτήν: vbi Interpr. ὤνου δ' ἐστὶ τὸ τῆς ὠνῆς τίμημα.

Ω'οειδὴς, ἐος, ὁ, ἡ, ouo ſimilis, oui ſpeciem referens, ouiformis, ouatus.

'Ω'όμην, ᾤμην, putabam.

Ω'όν, ῦ, τὸ, ouum. ᾠὸν τὸ ὄον, μόνον γὰρ πίπτει, Ety. τὸ λευκὸν τοῦ ᾠοῦ, albumē oui, τὸ ὠχρὸν τοῦ ᾠοῦ, vitellus, vt Gaza vertit ex Ariſtot.

Ω'ον, fimbria.

Ω'όπ, ὠόπ, acclamatio nautica, ἱλαστικὸν ἐπιφώνημα ἐπὶ πλοίου, καὶ κέλευσμα τῶν ἐρεσσόντων ... ... καταπαλαίσαι, Ariſtophan. Interpr.

Ω'οσκύφιον, ου, τὸ, poculum quoddam oualem figuram præferens, Athen. lib. 11.

Ω'οτόκος, τὸ, ouipara, quæ ouum procreat.

Ω'οτοκέω, oua gigno ſeu genero, oua pario ſeu edo. ᾠοτοκεῖται, oui forma prouenit.

Ω'οτοκία, ας, ἡ, partus, ouatio, generatio oui.

'Ω'ου, putabas. Xenoph. ab οἴομαι.

Ω'οῦτος, heus tu.

Ω'οφόρος, ouiperi, Gaza.

Ω'οφυλακτέω, oua cuſtodio.

Ω'πάζομαι, video, ſpeculor.

Ω'πασε, dedit, donauit, præbuit.

Ω'πε, tanquam, Etym.

Ω'πες, oculi.

Ω'πίαι, gens quæ iuxta Indum fluuium habitat.

Ω'πλισμένως, armatè, cum armis.

Ω'πόλος, ὁ αἰπόλος.

Ω'πόποι, heu, papæ, proh facinus infandum, φεῦ, ... indignantis dolentíſque Aduerb. interdum admirantis: ab aliis ὦ πόποι ſcribitur. Nam δρύας καὶ δαίμονας πόποις appellant, vt refert Plutar. in libello de poematis audiendis. Homer. Iliad. α, ὢ πόποι, ἦ μέγα πένθος, &c. ſic in codice antiquo ſcriptum eſt.

Ω'ρα, ας, ἡ, cura, ſine aſpiratione.

Ω'ρα, ας, ἡ, pulchritudo, decor, forma, venuſtas, maturitas quędā & temporis opportunitas, opportunum tempus & occaſio, tempus ætatis florentis, temporis ratio. ἡ καταστάσις τοῦ χρόνου, Bud. in Epiſt. poſter. ἡ ὥρα συνεργεῖ, qualitas temporis fauet, Theophr. libr. 4, cap. 12. de cauſ. pl. τῆς ὥρας ἀπήλαυσ, vti flore ætatis, Plato de Legib. ὥρᾳ ἡλικίας λαμπρὸς, flore ætatis conſpicuus, Thucyd. καθ' ὥραν, in flore ætatis, Lucian. οἱ ἐν ὥρᾳ, iuuenes, Plutarc. θεραπαίνας τὰς ἐν ὥρᾳ μάλιστα, ancillas ætate præſtantes, Idem in Camillo. ὥραν ἔχων γάμου παρελθεῖν, tempus connubii ſuperans, idem Plutarch. in Romulo. ὥρα pro diei parte, id eſt, hora. Plato de Legibus. ὥρα που τρίτη, hora ferè tertia, Galen. lib. 1. ad Glauc. τῆς ὥρας ἐγίγνετο ὀψὲ, Demoſth. iam ad ſerum horæ ſtatæ ventum erat, Bud. μηδένα χωρεῖν μηδὲ ὥραις παραβαλόντων, Demoſth. ὥρα πορεύεσθαι δεῖ, hora eſt iter agendi, Xen. ὥρα περισκοπεῖν. Idem. ὥρα σκοπεῖν, iam conſyderandum eſt, Plutarchus in Themiſtocle. ὥρα δημηγορεῖν, tempus eſt concionandi, Lucia. Plato in Apologia, ἀλλὰ γὰρ ἤδη ὥρα ἀπιέναι ἐμοὶ, ſed iam vt abeam tēpus eſt. καθ' ὥραν τινὰ ᾔειν, tempeſtiué. πρὸ ὥρας, antequàm tempeſtiuum ſit. vide πρὸ ὥρας apud Ammonium. τῆς ὥρας πρωϊαίτερον, maturius. Thucyd. ἐν ὥρᾳ ταχέως, Ariſtoph. Interpr. ἐν ὥραις πανταπασῶν, Idē, i. διηνεκῶς, παντὶ καιρῷ, καθ' ἑκάστας ὥρας, iugiter, Pl. de Leg. εἰς τὰς ὥρας, in horas & tēpora, omni tēpore, ſēper.

εἰς ὥρας ἑτέρας, Ariſtoph. id eſt, diuerſo tempore, aliis horis ſeu temporibus. ὥρα τῆς ἡμέρας, ſpatium diurnum. ὥρη, id eſt, ὥρα, Ionice, ab Homero dicitur pro tẽpore. Odyſſ. ξ, ὥρη δόρποιο, hora ſeu tempus cœnæ. τῇ ὥρῃ μάρναντο, eo tẽpore pugnabant, Heſiod. κατὰ μίαν ὥραν τοῦ ἐνιαυτοῦ, in vno anni tempore, Plato de Legib. ὥρα τοῦ ἔτους, anni tempus, anni tempeſtas, Dioſcor. lib. 5, cap. 13. tempus æſtiuum, Ariſtoteles 9. Animal. ἡ δ' ὥρα τοῦ ἔτους ὅτε ἀκμάζει τὸ πνεῦμα... ἀρίστη, Lucian in Anacharſi. ὥρα ἔτους, id eſt, τῷ θέρει, æſtiuo tempore. ὥρα νέα, tempus vernum, Ariſtoph. ὥρα εἰαρινή, Homer. ὥρα μετοπωρινή, tempus autumnale, Plutarchus in Camillo. ὥρη χειμερίη, Homer. Odyſſ. in hyeme. Et ſine adiuncto plerunque pro vere ponitur. vnde & ὡραῖος, formoſus ad ſimilitudinem veris. Galen. ait ſic appellari tẽpus id, quo exoritur Canicula, quod eſt (inquit) ferè dierũ quadraginta. Itẽ ὧραι dicũtur quatuor partes anni, vt ver, æſtas, autumnus, hyems: quę etiam tempeſtates anni vocantur. Ariſtot. de mundo, τίς δὲ φύσιν ἂν ἀψευδεῖ τοιάνδε ἣν τινα φυλάττουσαι καλαί τε καὶ γόνιμοι τῶν ὅλων ὧραι, θέρη τε καὶ χειμῶνας ἐπάγουσαι τεταγμένως, ἡμέρας τε καὶ νύκτας εἰς μηνὸς ἀποτέλεσμα καὶ ἐνιαυτοῦ, id eſt, ecquæ tandem vices tam ratę eſſe poſſent, quàm eſt exactè comparatus à natura tempeſtatum anni tenor in orbem redeuntium omniũ rerum fœcundarum? æſtates ille quidem ac hyemes referens temporibus deſtinatis: ſimul dies ac noctes inoffenſis vicibus, è quibus menſes annúſque conficiſitur. Idem ibidem. ἡλίου τὰς τέσσαρας ὥρας ἄγοντος τοῦ ἔτους, id eſt, ſol quatuor anni tempora ductitans. Sunt & ὧραι, portarum cæli cuſtodes apud Homerum. Item famulæ Solis, deæ pulchritudinis. Θέμις, vt ſcribit Heſiod. in Theog. Ioui peperit ὥρας εὐνομίην τε δίκην τε καὶ εἰρήνην τε θαλυῖαν. θεαὶ γλυκυπάρθενοι ὧραι, in Epigram.

Ω'ραΐζομαι, μ. ίσομαι, π. ισμαι, delicior, comor decorè, cõſpicuus ſum, decorẽ oſtento, rotor. De pauone dicitur, quum ſemetipſum admirans caudæ pennis gemmãtibus pertegit.

Ω'ραΐζω, orno, compono, καλλωπίζω.

Ω'ραιοκόμος, formæ exornandæ ſtudioſus.

Ω'ραῖον, ου, τὸ, fruges, fructus tempore ſuo collecti. ὡραῖα καὶ ἀκρόδρυα, fruges ac fructus, Plato de Legib. τῶν ὡραίων συγκομιδή, frugum collectio & cõportatio, Idem ibidẽ. Item quæ vigent nec pulchritudine carent ὡραῖα dicũtur. Sed & ſacra ὡραῖα dicũtur τὰ καθ' ὥραν συντελούμενα, id eſt, opportunè obita, ſacra tempeſtiua. Et ὡραῖα θύειν, frugum offerre primitias. Dies quoque feſtus eadem dicitur appellatione.

Ω'ραιοπώλης, ου, ὁ, qui fructus æſtiuos vendit.

Ω'ραῖος, ου, ὁ, pulcher, formoſus, iuuenis, maturus, decorus. Et omnes fructus æſtiui ὡραῖοι vocantur. ὡραῖος λόγος, Hermogen. venuſta oratio. πλόος ὡραῖος, in Epigram. ὡραία γάμου, puella matura viro ὡραίας γάμου, nubiles.

Ω'ραιότης, ητος, ἡ, decor, pulchritudo, maturitas, tempeſtiuitas, Gaza.

Ω'ραιόω, μ. ώσω, decoro, venuſto.

Ω'ραϊσμὸς, ornamẽtum, pulchritudo, καλλωπισμὸς, venuſtas, elegantia, decor, ornatus, Hermog. οὐκ ἐνῆν ὡραϊσμὸς αὐτῷ, οὐδὲ κενὴ καὶ ἀγοραῖος χάρις, &c. Plut. in Fabio, vbi Guarinus, non erat promptus ad dicendum, neque omnino ineptus natus eſt, &c. ſed videtur mihi exponendum, non erant ei pigmenta oratoria neque vana & forenſis gratia.

Ω'ρακα, vidi. Pręterit. Perfect. à verbo ὁράω, ſed Attici literam addunt, & ἑώρακα proferunt: ſicut ὤρυμαι, ἑώρυμαι, ὤρυμαι, ἑώρυμαι.

Ω'ρακιάω, palleo, ὠχριάω, trepido vel paueo, animo deficio, curis maceror, ἐκλύομαι, expalleſco, deficio, pręſertim in balneis: vbi cum pallore vertigo oboritur.

Ω'ρακίζω, idem.

Ω'ραμα, ἡ, hirundinum nidus.

Ω'ραπτὴρ, ῆρος, vinculum, ἱμὰς, lorum.

Ω'ρατὸς, pro ὁρατὸς, in Epigram.

Ω'ργασμένος, ſubactus, mollitus, paratus.

Ω'ργάω, furo, efferor, ad libidinem incitor, appeto.

Ω'ργυιωμένος, panſus, extenſus, ἀπὸ τῆς ὀργυιᾶς.

Ω'ρεα, montes: pro ὄρεα, Doricè ſiue Ionicé.

Ω'ρέδεσμον, ὁ, funiculus contortus ex delectis ariſtis ad conſtringendos cereales manipulos, qui & κλάδεσμον, Euſtath. Iliad. σ.

Ω'ρείδης, ὁ, gentile nomen vel proprium, Etym.

Ω'ρείθυια, ἡ. vide Etym. vtitur Plato in Phædro, folio 267.

Ω'ρεῖον, in Pandect. Græcis, horreum ex voce Latina: vnde & ὡρειάριος, horrearius.

Ω'ρείτης, ſiue ὠρίτης, gentile.

Ω'ρέομεν, vidimus, Herodot. ὤρεον, vidi, viderunt, Idem.

Ω'ρεὸς, ciuitas Eubœæ.

Ω'ρες, ab ὄαρ, mulieres, γυναῖκες, coniuges: ab ὧν ἀμφιβάλλονται τοῖς ἀνδράσι, turres munitæ. κηδεμόνες, tutores.

Ω'ροδότης Ἀπόλλων, in Epigrammate. id eſt, horarum dator.

Ω'ρεσίλοιπος, montes relinquens.

Ω'ρεσίτροφος βάκχος, Bacchus in montibus nutritus, in Epigrammate.

Ω'ρέω, μ. ήσω, π. ηκα, cuſtodio, curo, Actiu. Accuſat.

Ω'ρέων, Ionicè, pro ὡρῶν, temporum.

Ω'ρημα, cura, cuſtodia.

Ω'ρήσσω, cuſtodio.

Ω'ρητὶς, cæcitas, πήρωσις.

Ω'ρθριζε, mane ſurrexit.

Ω'ρία, ας, ἡ, maturitas, καλλονή, in Epigram. &

*Ω'ρια κατὰ τὴν ὥραν φυόμενα ὡραῖα ἢ ὥριμα. Heſych. Laert. in Socrate pro præcoci ponere videtur.

Ω'ρίγνωτε, pro ὢ ἀρίγνωτε. Odyſſ. ρ. ex Phauor. id eſt, ἄγαν γνώριμε, valde inſignis notæ.

*Ω'ριαῖος, vnius horæ, Ptolem. ὡριαῖα διαστήματα.

Ω'ρογράφοι, οἱ, Hiſtorici qui cuiuſque anni res geſtas deſcribunt.

Ω'ρίζω, dormio, curo, conuerſor, colloquor.

Ω'ρικία, ἡ, regio Ionica, aut mulier ex ea.

Ω'ρικὸς, ή, ὁ, vigens in tempore perfectæ ætatis, pulcher, tempeſtiuus: vnde ὡρικῶς, tempeſtiuè. Ariſtophan. in Pluto, συνθανεῖς γὰρ ὡρικῶς, interrogas enim opportunè.

Ω'ρικος, ὁ, ciuitas in ſinu Ionico: vnde ὠρίκιος, Orici ciuis.

*Ω'ρικῶς κατὰ καιρὸν, ἢ ἀστείως, Ariſtoph.

Ω'ριμος, ου, ὁ, maturus. ὥριμος βότρυς, maturus racemus, Nazanzen. in Orat.

Ω'ριος, ου, ὁ, tempeſtiuus, ἴσχυρος, temporaneus, in tempore factus, maturus. ἀπαρχαὶ ὥριοι καρπῶν ... maturis primitiis tempeſtiuius, Nazanz, in Orat.

Ω'ρίσθω, finem faciat.

Ω'ρισο, definitus eſt.

Ω'ριστος, optimus, pro ὁ ἄριστος lingua Bœotica, α in ω conuerſo.

Ω'ρίων, ωνος, ὁ, Orion, ſignum cæleſte apud Proclum de Sphæra. & ὠρίωνος ποταμὸς, nomen ſyderis apud eundem. ἐπὶ ὠρίωνι, Orionis exortu. Sed ὡρίων cum aſpiratione nomen eſt auis apud AElianum.

Ω'ρίως, Aduerb. κατὰ καιρόν. vide ὡρικῶς.

Ω'ρκότα, τὰ, quæ extuberant atque eminent.

Ω'ρμησε, concitauit.

Ω'ρμημένος, pro ὡρμημένος, Participium Præteriti perfecti Paſſiui ab ὁρμάω.

Ω'ρμοι, diuerticula.

Ω'ρνύω, μ. ύσω, Aoriſt. ὦρσα, concito, commoueo, impello, ὁρμάω, διεγείρω.

Ω'ρογραφίαι, annales, &

Ω'ρογράφοι, Hiſtorici, qui annales ſcribunt. ὧρος enim annus eſt.

Ω'ρολόγιον, τὸ, quo horas metimur inſtrumentũ, Etym.

ὠρό

Ὡρολόγιον, ου, τὸ, horologium, Alexand. Aphrod. libro primo Problem.

Ὥρμων, aduentabant,

Ὦρσα, impuli, agitaui, impulſus ſum, pro ὤρσεν ab ὄρω. Iliad. ζ, τὰ μὲν δ' ἄρ' ὅγε τότε τὸ ὄρσε' ἐπιμῖξαι, pro διήγειρε, διὰ τὸ ὄρσαι.

Ὦρος, ſol apud AEgyptios: vnde horarum nomē deſluxit. Hinc ἐπίηρον apud Homerum, niſi quis ab ὥρα formare malit. Significat etiam ver, æſtatem, autumnum, hyemem, & annum. Annales quoque ὥρους vocant.

Ὡροσκόπια, τὰ, vaſa quibus commonſtrantur horæ, quę & ἡλιοτρόπια vocitata interim reperiuntur, ſi Solis & vmbrarum ratione conſtent.

Ὡροσκοπία, ας, ἡ, huiuſmodi ſcientia.

Ὡροσκόπος, qui rationem horarum obſeruat. Eſt etiam natalitium ſydus, id eſt, quod cōuerſione cęli oritur momento, quo quis naſcitur, quaſi horæ natalitiæ notatio, quod etiam θέμα vocatur & γένεσις, & à Latinis genitura.

Ὡροσκοποῦντες, οἱ, explorantes horas.

Ὦρσα, excitaui, moui: ab ὄρω, μ. ὄρσω, & Doricè ὤρσα. Ilia. α, νοῦσον ἀνὰ στρατὸν ὦρσε κακήν, id eſt, διήγειρεν, ἐπέβαλε.

Ὦρτο, pro ὥρμητο, ab ὄρνυμαι, prodiit, impulſus eſt, excitatus eſt. Odyſſ. ξ, ὦρτο σὺν ὢν ἀλαλητῷ. Et cum Infinit. Apollon. lib. 1. Argon. εἰς ἑὸν ὦρτο νέεσθαι, id eſt, domum ſe recepit. Et Heſiod. ὦρτ' ἰέναι, cœpit ire, ſe contulit.

Ὠρτὶς, αια.

Ὠρυγὴ, latratus, vociferatio, tumultus, vox propriè canis, Plutarchus in Themiſtocle.

Ὠρυθμὸς, ὁ, rugitus, Idyll. 32. Theocr. vlulatus, planct⁹, apud Quint. Calabrum.

Ὠρύομαι, μ. ύσομαι, π. υμαι, rugio, latro, vlulo: & propriè luporum eſt: de leone Nazanz. Item lamētor, eiulo: vnde ἀνωρύομαι pro θρηνῶ, Depon. Abſolut.

Ὠρυθμὸς, ου, ὁ, eiulatus.

Ὤρυχος, locus Atticæ.

Ὠρύχιος, illic habitans.

Ὠρύω, lugeo: ſicut ὠρύομαι.

Ὤρυμα, ατος, τὸ, rugitus, cap. 19. Ezechiel.

Ὤρφανιεν, pro ὠρφάνισεν, orbauit, apud Sophocl.

Ὠρχεῦντο, ſaltabant, Doricè: ab ὀρχέω.

Ὠρχίλος, pro ὁ ἀρχόμενος, auſpicator.

Ὠρωπὸς, ὁ, ἡ vel ἡ, Oropus vrbs Macedonię. Sūt autem multæ vrbes ſub hoc nomine. Nam alia eſt Bœotiæ, de qua Euphorion: alia Eubœę, de qua Ariſtot. tertia in Syria, de qua Polyhiſtor: quarta in Argo: quinta in Teſprotia.

Ὤρορε, excitabatur: ab ὄρω. Eſt autem Præterit. plusquàm Perfect. ab ὤρορα.

Ὡς, vt: ſed latè patet. Nam aliquādo ſimilitudinis eſt, & ponitur pro quemadmodum, vel ſicut, veluti, ſeu, tanquam, ſic, inſtar. ὡς λύκοι, δίκην λύκων, more luporum, Homer. Iliad. Item pro ὥσπερ, perinde quaſi, perinde ac, ὁμοίως, παραπλησίως, modo quodam. ἀλλ' ἴσως ὡς, ſed aliquo modo, Ariſtot. lib. 5. Ethic. cap. 7. Aliquando pro ferè, fermè, circiter. ὡς ἕκαστοι, ferè ſinguli. ὡς τὸ τρίτον μέρος, ferè tertia pars. ὡς τριάκοντα, circiter triginta, Demoſth. ὡς πεντήκοντα, Thucyd. circiter quinquaginta, ad quinquaginta. ἀπέκρινε τοῦ στρατοῦ ὡς πέντε μυριάδας, delegit de exercitu quinquaginta circiter milia, Herodot. Aliquando pro quā, quantum, prout, quantopere. Ariſtoph. ὡς ἱερὸν τὸ φθέγμα, ὡς ἱερὸν καὶ σεμνὸν, quàm ſacrum & graue. ὡς χαλεπὸν, quàm difficile, Idem. Sed illud Ariſtot. ὡς ἀνθρώπινον, id eſt, duntaxat vt humanus captus, pro humana conditione, vt ſunt humana. ὡς pro quòd, Plutarch. in Lycurgo, ἐπαμινώνδαν εἰπεῖν λέγουσιν, ὡς τὸ τοιοῦτον ἄριστον οὐ χωρεῖ προδοσίας, Epaminondam dixiſſe ferunt, huiuſmodi prandium non admittere proditionem. Aliquando pro ἐπεὶ, hoc eſt, ἐπείπερ, nam, quòd, Plato 2. de Republ. τίς μηχανὴ δικαιοσύνην τιμᾶν ἐθέλειν ᾧ τις δύναμις ὑπάρχει ψυχῆς ὡς δή τοι εἴ τις ἔχει ψευδῆ ἀποφῆναι ἃ εἰρήκαμεν, ἱκανῶς δ' ἔγνωκεν ὅτι ἄριστον δικαιοσύνη, πολλήν που συγγνώμην ἔχει καὶ οὐκ ὀργίζεται τοῖς ἀδίκοις, i. quòd ſi quis poteſt, &c. porrò autē ſi quis poteſt, nā ſi quis poteſt. Itē ꝑ quāobrē. Aliquando pro etenim, quandoquidē, ſiquidē, vtpote, videlicet. Pro alioqui videtur accipi ad finē vitę Romuli in Plutarcho. ὡς ἤδη γε καὶ τοῦτο ψεῦδος ἦν, καὶ τὰ πλεῖστα τῶν ἄλλων, alioqui oportebat & hoc falſum eſſe, & alia plurima. Interpres autē ſic ſenſum expreſſit, Quod ſi hoc mēdacium eſt, oportet & aliorum plurima vana exiſtimare. Aliquando pro poſtquam, poſteaquam, ſtatim, ex quo primùm, vt ὡς τάχιστα ἥκομεν, ſimul atque venimus. Sic Cicero, Vt ſemel exiuit, omnes peragrauit inſulas. Ariſtophan. in Pluto, ὡς δὲ τοὺς λύχνους ἀποσβέσας, ἡμῖν παρήγγειλε καθεύδειν, τοῦ θεοῦ ὁ πρόπολος, ἅπαντες κοσμίως κατεκείμεθα, i. poſtquàm nobis ſignificauit eſſe dormiendum, omnes decūbebamus. Ponitur & Atticè ἀντὶ τοῦ πρὸς, ad. ὡς κάτωνα πορεύσομαι, ad Catonem proficiſcar, Gaza de Seneƈt. ὡς τὸν, verſus hunc, Ariſtoph. ὡς βασιλέα, id eſt, πρὸς, Iſocr. ὡς αὐτὸν βασιλέα, ad regem ipſum, Thucydid. Plutarch. in Lycurgo, πολιτεία ἀποκλίνουσα, νῦν μὲν ὡς βασιλεῖς ἐπὶ τυραννίδα, νῦν δὲ ὡς τὸ πλῆθος ἐπὶ δημοκρατίαν, reſpublica declinans nunc ad reges in tyrannidem, nunc ad populum in democratiam. Xenoph. 2. ἀπομν. συνεληλύθασιν ὡς ἐμὲ, ad me ſe receperunt. Item pro εἰς vel ἐπὶ. Idem ibidem, πολλῶν φυγόντων ὡς τὸν πειραιᾶ, quum multi in Pirœum fugiſſent. Aliquando pro valde, maximè, vtique. Sophoc. in Aiace, ὡς δεῖν' ἀνδρὸς ἔθ' τάδε τλήμονος: vbi ὡς ἀντὶ τοῦ ὄντως καὶ ἀληθῶς κεῖται, vt exponit Interpres. Aliquando παρέλκει, & ornatus tantum gratia ponitur, neque quicquam ad ſēſum facit, quemadmodum Vt apud Latinos: Cicero, Inuitus feci, vt C. Flaminium eiicerem, ꝑ inuitus eieci. Varias huius particulę ſignificationes cum teſtimoniis poetarum vide in append. Lexici. ὡς pro vt, cum Indicat. ἐβουλεύοντο ὡς βασιλέα δικαιότατα στήσονται, conſultabant vt iuſtiſſimum regem deligerent, Herodotus. ὡς χρώμεθα πράγμασι, γίνωσκε, Demoſth. ſic pro ὅπως, Gaza lib. 4. Grammat. Pro ὅπως cū Futuro Indicatiui, Lucian. Plutarc. in Lycurgo, φυλάττει τὴν πόλιν, ὡς ἤθεσι μὴ ἀναπλησθήσεται πονηροῖς, aſſeruat vrbē ne improbis compleatur moribus, Iſocrat. προσδοκᾶσι ἡμεῖς ὡς κομιούμεθα, &c. id eſt, ὅτι, ſic, &c. ὡς ὄψεται μὴ δείσῃς, ne timeas vt videat, id eſt, ne videat, Sophoc. Idem, μὴ ἐκφοβοῦ ὡς ἀτιμάσει, ne time ne afficiat ignominia. ὡς μεταβάλλοιτο, ἐπένευσε, vt mutaretur annuit, Thucyd. ὡς μηδένα λυμανεῖται, ne vlli noceat, Xenoph. Cum Optat. Plutarc. in Romulo, διεδόθη λόγος, ὡς θεοῦ τινος εὑρήκοι βωμὸν, fama diuulgata eſt dei cuiuſdam aram inueniſſe. Item cum Subiunƈt. ꝑ ἵνα. Sophoc. κόμιζε νῦν μοι παῖδα τὸν ἐμὸν ὡς ἴδω, vt videā. Nōnunquam cum Infinitiuo iunctum pro ὥστε ponitur. Xenophon, τὸ δαιμόνιον μεγαλοπρεπέστερον ἡγοῦμαι, ἢ ὡς τῆς ἐμῆς θεραπείας προσδεῖσθαι, magnificētius eſt numen quàm vt mea egeat obſeruantia. ὡς πράγματα τηλικαῦτα δράσειν, γραῦ εἶ, vetula es magis quàm res tantas tranſigere queas, Plutarchus in Pericle. Et aliter cum Infinit. apud Platonem de Repub. 6, ἀδύνατον ὡς ἰδεῖν τὸν ἀγαθὸν, id eſt, ὡς εἰδεῖν τύχοι ὁ ἀγαθόν. Sic Cicero pro Cluent. Hic iudices ridere, ſtomachari, atque acerbè ferre, patronus cauſam ſibi eripi. ὡς ἀκούουσι τῶν παρόντων, pro ὡς ἤκουσαν οἱ παρόντες, Demoſth. Plutarchus in Galba, νυμφίδιος πάντα φέρων ἀνεῤῥίπτει εἰς ἑαυτὸν, ὡς γάλβαν μὲν ὄντα πρεσβύτην, καὶ μόλις εἰς ῥώμην ἐν φορείῳ κομισθήσεσθαι, Nymphidius omnia ſibi vendicabat, quòd Galba ſenex eſſet, vixque Romam vehi poſſet.

ὡς cum Comparatiuo, vt πλείους ἢ ὡς χιλίους ἄνθρωποι, Gaza lib. 4. Grammat. Iungitur etiam cum Superlatiuo, vt ὅτι. Xenoph. ἐγὼ δὲ ἐκέλευον ὡς λαμπροτάτους φαίνεσθαι. Subiungitur etiam vt ὡς. Plato, σφόδρα μὲν οὖν (ἦν) ὡς βούλομαι, magnoperè (inquit) cupio. Poſt Aduerb. θαυμαστῶς. Idem lib. 1. de Republ. εὖ οὖν λέγει θαυμαστῶς ὡς σφόδρα, bene quidem dicit mirum in modum, reƈtè quidem dicit, permirè veró. Idē in Epiſt. πάνυ σε θαυμαστῶς ὡς ἀσπάζεται, mirificè diligit. Iūgitur & ὡς cū ὅτι, vt ὡς ὅτι λευκότατον, ſanèquàm cādidum, & perquàm album. ὡς ὅτι μάλιστα χιόνα.

ὡς ὅτι πλεῖστον διαμένον, quàm plurimum manens, diu perſeuerans, Dioſcorides lib. 1, capite 80. ὡς ὅτι πλεῖστον ἔμβαλε τὸ ἄνθος, quàm plurimùm florum iniice, Dioſcorid. lib. 1, capite 64. ὡς ὅτι ἐλάχιστον, quàm minimus, Idem eodem libro, capite 153. Item cum σφόδρα, vt ὡς σφόδρα Platoni, ſicut perquàm Latinis. De his & aliis mox ſequētibus ex ὡς locutionibus copioſè, Bud. Comment.

Ὡς ἀληθῶς, ſanè, reuera, perquàm verè, certé. Plato primo de Republica, τὸν ὡς ἀληθῶς ἰατρὸν ὁριζόμενος, &c. eum qui verè ſit medicus, definiēs. ὡς ἀληθέστερος, verius. Idem ibidem, πότερον ὡς ἀληθέστερος δοκεῖ σοι λέγεσθαι. vbi ὡς vacat.

Ὡς ἄν, cum Superlatiuo, pro quám. Xenophon, παισὶ παρασκευάζει ὡς ἄν δύνηται πλεῖστα, filiis præparat quàm poteſt plurima. Item ὡς ἄν, pro tanquàm, velut. Ariſtot. de mundo. τὸν εἴσερον εἰς τὴν ἔσω θάλασσαν ὡς ἄν εἰς λιμένα ποιεῖται, in mediterraneum mare, quaſi in portum influit. ὡς ἄν παῖς, vt puer, vtpote puer, Xenoph. Cum Optatiuo ſignificat quatenus, quantum, Demoſth. Interdum idem quod ἵνα. Xenoph. ὡς ἄν ἐπιστάξειαν τοῦτο. Et apud eundem pro quonam pacto, κυρεῖ δὲ χρήσαι ὡς ἄν ἐνθένδε ἐκπορευθεῖτο. Et ὡς ἄν ἄριστα αὐτοὶ ἐν πᾶσι γένοιντο. Sic Gregor. ὡς ἄν τῇ σοφίας βάθος μὴ χρεῶς, id eſt, ἵνα μή. Interdum accipitur pro quandiu, donec, cum Subiunct. Sophocles in Aiace, τῶν δέ σου ψόφον ἐκ ἄν φραδαίειν ὡς ἄν ἐκ οἴσοι. Item pro vtcũque. Sophocles, ὡς ἄν ποιήσῃς, πανταχοῦ χρηστός γ' ἴσθ', qualitercunque feceris. Cebes Thebanus pro quando & cum, τί δεῖ αὐτοὺς ποιεῖν, ὡς ἄν εἰσέλθωσιν εἰς τὸν βίον; Idem, ὁρᾷς οὖν, ὡς ἄν παρέλθῃς τὴν πύλην ταύτην, ἀνώτερον ἄλλον περίβολον; vbi tamen παρέλθῃς, habetur in Aldino codice.

Ὡς ἄν εἰ λέγοιμεν, Ariſtot. de mundo, tanquam ſi dicamus, &c.

Ὡς ἄν εἴποι τις, vt dicitur.

Ὡς ἄν ἄλλως, vtcunque, aliter.

Ὡς ἄν τύχοι, quoquomodo, vtcunque.

Ὡς ἁπλῶς εἰπεῖν, vt ſummatim dicam.

Ὡς ἄρα, admiratiuè. Odyſſ. ε, ὢ πόποι ὡς ἄρα μὴ θεὸς ἐὼν ἀπεπλάγχθης, i. ô quàm paruus aberraſti, &c.

Ὡς γὰρ εἰπεῖν ἁπλῶς, vt vno verbo dicam.

Ὥσγε, præut, prout. vt ὥσγε πρότερον ἦν, præut dudum fuit: & ὥς γε κατὰ τοὺς τῶν ἀθηναίων χρόνους, vt ſecula quidem Athenienſium numerantur, Bud. in dictione, æs alienum, in Epiſtolis. Sic Cicero, At hi quidem, vt Athenienſium ſecula numerantur, adoleſcentes debent videri.

Ὥσγε καθ' ἡμᾶς, vt temporibus noſtris.

Ὥς γέ μοι δοκεῖν, vt mihi videtur vel videbatur. Ariſtophan. in Pluto, τὰ βλέφαρα περιέλειχεν ὥς γέ μοι δοκεῖν, palpebras lingebant vt mihi quidem videre videbar.

Ὡς δ' αὔτως, eodem verò modò, Plutar. in Public.

Ὡς δὲ, δῆλον, quod autem ita ſit, apertum eſt, Plato 2. de Republ.

Ὡς δ' ἀληθεῖ λόγῳ, reuera.

Ὡς δ' εἰπεῖν, & propè dixerim, Thucydid. ὡς δὲ τὸ πᾶν εἰπεῖν, dixit Ariſtot. de mundo, pro atque vt in vniuerſum dicam, &c.

Ὡς δὴ, nempe, Plato apud Ariſtophan. in Pluto, pro vtinam. ὡς δὴ διαρραγείης, vtinam crepes medius.

Ὡς ἐγγύτατα, quàm proximé.

